Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

KW 235 E 6
1-2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage

h

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Illuſtriſsimo Domino,

DOMINO

GABRIELI G. F. OXENSTIERNA,

L. Baroni in Kimitho, Domino in Tureſiö & Tureforſſa, &c. Regni Sueciæ primo Senatori, Tutori, & Archidapifero, Regiæ atque Supremæ Curiæ Præſidi, Patri meo longe chariſſimo.

POſtquam, Illuſtriſſime Pater, bonum Principem ejuſque arcana nu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

per exhibui, reliquum mihi adhuc eſſe viſum fuit, ſceleſti inſuper Principis, ipſius Tyranni, ejuſque malas artes delineare, non minore animi contentione, quo minus hæc prioribus indigniora ſunt. Magnum eſt, unum omnibus præeſſe, unum omnes ſequi veluti ducem, ejuſque imperata parato animo accipere & amplecti; majus adhuc eſt, ſi unus in tanta hominum diverſitate ita rei-
publi-
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

publicæ habenas moderetur, ut omnibus æque placeat. Omnes facile uni parere poſſunt, non item unus omnium nutibus reſpondere. Et id difficultatis Principatus in ſeſe habet, priuſquam accedant ad eum ſubvertendum ea vitia, quæ in ſumma fortuna & dignitate conſtituto ultima quævis minantur. Proinde in fœdam Tyrannidem ſæpiſſime labi Principatum videmus. Tantum abeſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

quod numeris, quod fatalibus terminis rerumpubl. converſiones adſcribam, ut eas ad ſola vitia vel agnata vel adſcita referam. Fortunæ ſummæ, qua Principes terrarum fruuntur, illud eſt ingenium, ut nõ poſſit ab uno diu obtineri. Viciſſitudo enim rebus humanis agnata eſt, ut præter omnem cogitationẽ vel accreſcant, vel diminuantur, vel ſtent, vel cadant. Quod autem ſummum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

eſt, illi nihil amplius addi poteſt; dum nihil poteſt addi, imminui id neceſſum eſt, quia inſtabile eſt atque lubricum. Faſtus, ignavia, ſtupor, ſtolidi-tas, immaniſſima monſtra, quam ſæpe pectora Principum obſident, qui imperium, & quia imperium, optimis artibus debebant adminiſtrare. Nec partibus ſuis deeſt biceps illa bellua, & propria & aliorum aſſentatio, ubi nō niſi mala pro-

bat, bona vero atque recta culpat. Sexcenta mala ſunt, quæ poſſunt Principem præcipitare. Sive habuerit parentem à virtute alienum, ſive male fuerit eductus, vel inter nequam ſervitia, ſatellites, hiſtriones, eunuchos, ludiones, magiſtros ad ineptias & proſtitutam vitam; vel inter blandas mulierculas, inter coronas & purpuram, luxus & ſuperbiæ inſtrumenta. Omnis Principum ætas vitiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

vitiis patet. Si Principes juvenes, imprudentes ſunt & rerum ignari; ſi ſtatæ & adultæ jam ætatis, feroces eſſe ſolent. Confecti ſenio cum omnium periculo delirare poſſunt. Ipſum jus, quo contineri humana ſocietas debebat & conſervari, Principes ſubinde peſſimos conſtituit. Nimirum jure ſucceſſionis nõ quem natura, non quem virtus, ſed quem ſanguis & natales commendant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

generi humano præeſt. Tot hoſtes Principes habent, antequam fere cœperint Principes eſſe. Firmato jam Principatu, ipſa felicitas Principem magis & magis ad ſcelera invitat. Imperium Princeps potiſſimũ amat; & dum hoc agit, non poteſt non ſubditis omnem libertatem invidere. Vbi ſubditos & inprimis inter illos primariæ virtutis viros ob amiſſam libertatem vel querulos, vel male

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

animatos videt, odiſſe eos incipit, mox cogitat de iis vel necandis, vel pellendis. Et hoc primum & deterrimum Tyranni inſtitutum eſt. Hinc ſodalitates cohibentur, publici conventus & convivia, etiam ſcholæ, ne magni viri inde prodeant. Delatores in civium cœtus mittuntur, qui dicta omnia & facta obſervent: inter cives diſcordiæ ſeruntur, ne ſibi invicē fidant; nec diſcordię illi tantum,

verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

verum tot bellorum civilium, tot incendiorum, tot cladium ſunt auctores. Iam pyramides, jam coloſſos, mox templa, mox cloacas, & quid non miſeri cives exſtruere coguntur. Exactionum tot nomina, tot tituli excogitantur, tantum ut exhauriantur cives, ne adverſus Tyrannũ inſurgere poſſint. Depeculator Tyrannus eſt, majores ſubditorum fortunis reditus extorquere conatur. Olitor
fru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

fructus arborum ſuarum perceptururus nequam eſt & iniquus, ſi radicitus herbas convellat, & ima ſtirpe arbores exſcindat. Nihil regium magis & Principe dignum, quam omnium bona & fortunas non ſervare tantum, ſed amplificare; quemadmodum hoſtium tantũ eſt & Tyrannorum quævis promiſcue exſtirpare. Ita ad opes tantum, potentiam & libidinem Tyrannus attendit, non ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

jus, non ad honeſtum, non ad publicam utilitatem, ignarus, lienis inſtar fiſcum eſſe, qui dum creſcit, reliqua corporis mēbra tabe & macie perire facit, quemadmodum olim Divus Trajanus loqui ſolebat. Non amat ſe meliorem Tyrannus, amat deterrimum quemque, ſui ſimillimum, vel, ut verbo abſolvam, ſe ſolum, quia ſolus peſſimus eſt, nec ullus cæterorum mortalium ipſius ſcelera

exæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

exæquare poteſt. Ita totus, quantus quantus Tyrannus, monſtrum eſt ac oſtentum in genere humano. Vbique metuitur, ubique ſui reverentiam circumfert, in publicis cœtibus coli vult, vult inſtar numinis alicujus adorari, cum tamen nullibi minus, quam in publico ſpectetur. Domi ſuæ latet, non homines, non ſuos ſolum, ſeipſum, ſuam umbram metuit lucifugus. Omnium Tyrannus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

rannus terror eſt, & propterea etiam ſui. Omnium oſor, omnium mactator; proinde mirum non eſt, ſi ſe & conſcientiam ſuam, ſi qua illi eſt, arrodat. Omnibus metuendus, & tamen ipſe miſerrimus. Inter feras, inter immanes ſerpentes vitam ſuam tranſigere mavult, quam inter homines; quemadmodum Phalaris olim de ſe teſtatus fuit. Vel ſi aliquando hominibus intereſſe eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

contingat, non vere ſe ibi, ſed in ſcena exhibent, non homines, ſed ſpecies hominum, larvæ, mimi, omnium irriſores, ipſi non tam ridendi, quam exſecrandi. Nihil in illis minus mirandum, quod ſola ipſis virtus exoſa ſit, quia cum nulla re minus, quam cum virtute commercium habent: quod debitæ bonis laudes capitales ipſis ſint, quia ipſi quam maxime vituperandi; quod nihil boni,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

nihil laudabilis vel voci vel ſcriptoribus liberũ relinquant, ſed in eos ignibus ſæviant; quod omnium libertatem iniquiſſime expugnent, quia ipſi fœdiſſima omnium ſcelerum mancipia ſunt. Sic nullum vitium eſt, nullum ſcelus, cui Tyrannus non ſit obnoxius. Si abditos ejus ſenſus, ſi occulta molimina introſpicere poſſemus, cruces, vivicomburia, ergaſtula, laniatus, ictus, libidinem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

nem, incendia, peſtes, & quid non deprehenderemus? Sic olim divinus Plato, ſic magnus Ariſtoteles & alii boni autores ideam & characterem Tyrannidis nobis prodidere. Nullus tamen eorum omnium melius noſtro Marchione. Ille non ſolum maſcula & nervoſa dictione ea omnia, quę paſſim de Tyrannide apud antiquos ſcriptores leguntur, executus fuit, eoque fidelius, quo longius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

gius ab odio, ac timore fuit remotus, eo liberius, quo liber ille reliquis magis eſt, ipſe pars liberrimæ Reipublicæ Venetorum. Rogandus ſolum mihi es, indulgentiſſime Pater, uti hoc qualecunque non gravatim admittas. In hac ſcribendi ratione, rerum quibus de agitur Majeſtas tenuitatem meam apud te excuſabit. Edant alii Principum vitas, Tyrannorum actiones, eorumque,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

que, quæ Remp. ſpe-ctant, ex variis auctoribus abſque lima, abſque judicio conſcriptorum farraginem. Melius me hac ratione de Principatu, melius de Tyrannide, adeoque de plurimis Reipubl. arcanis dicere potuiſſe exiſtimavi. Quod ſi quædam dicta ſunt, quæ valde acuta, & difficilia, ea vel genio Scriptoris, vel incuriæ typographi, quã in multis pene locis deprehendi, imputabis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Exemplar enim genuinum Venetiis impreſſum non contigit mihi videre: ſolo illo contentus eſſe debui, quod negligentia Batavi cujuſdam typographi mihi dedit. Cogitabam hoc ſolum mihi reſtare, uti aliqua ratione obſequium meum & debitam reverentiam tibi probarem; tibi, qui mihi id nomen fuiſti, quod paternum, aut ſi quid paterno charius lingua pateretur, charius libens meri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

meritoque appellarem. Sed quid mei dico, qui paſſim apud omnes omnium pater, decus gentis tuæ & ornamentum celebraris? Quam laudem ob virtutes tuas divinas, flagrantiſſimũ boni publici ſtudium, & ſingularem humanitatem jamdudum meruiſti. Eam aliis ediſſerendam relinquo: mihi propter verecundiam affectum mihi duntaxat probatum fas eſt deprædicare, qui quo
ſolito

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ſolito major, eo majori cum confidentia librum hunc offero. Et forte tibi offero, quod à me exſpectaſti. Tu vale, Pater optime ac incomparabilis, & tenue hoc obſequii monumentũ benignius interpretare. Dabam Lugd. Batav. ipſis Nonis Maii Anno cIↄ Iↄc xxxvi.

Illuſtriſs. nomini tuo, & infinitis in me meritis

Nunquam defuturus obſequentiſſimus filius

IOHANNES KRVVSS IESPERSON.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

VIRGILII MALVEZZI MARCHIONIS,

TYRANNVS.

ECce vobis viperam, Tarquinium Superbũ; Non vivit amplius, quæ interemit. Cadaver eſt, & tamen prodeſt. Non deſcriptus hic Tarquinius eſt ut ſolummodo delectet, ſed etiam doceat. Illum qui inſtar cedri ſuper reliquas arbores ſe efferebat, tot innocentium ſanguine aſperſum, jam præcipitatum videtis à propriis facinoribus. Vos Principes, vos quiqui hoc legetis, fugite hunc anguem, nec oculos intendite ad illam arborem, quæ magnitudine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ſua primitus cum ipſis Cœlis certare videtur. Tranſite, inquam, & de meliore cogitate, toti ſolliciti qui exſcindere illam poſſitis & ad ultrices flammas condemnare. Auris, quæ turbata fuit cum audiret exquiſitum concentum præcocis Tarquinii felicitatis, & optati ad crudelitatem ſucceſſus, avet jam audire lapſum ipſius & caſum eodem fere concentu peractum, facientem ad tollendas omnes malas artes, quibus uſus eſt in ſuo principatu.

Facinora Tyrannorum litteris conſignare nunquam magis tutum eſt, quam ſub Principibus bonis. Diverſitas morum facit ut credi nequeat, improbari bonorum Principum actiones, dum aliena vitia taxantur.

Liber hic meus, qui Satyra eſt in Tyrannos, non minus Panegyricus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ricus Principum eſſe poteſt. Dum laudo libertatem, eam comparo cum Tarquinio. Et quemadmodum liberum duco bonum principatum, ita pro Tyrannide reputo Rempublicam corruptam. Omnes Reipublicæ formæ non corruptæ, bonæ ſunt; & illa mihi optima videtur, quæ obtinet. Omnis enim mutatio hic eſt pernicioſa.

Et quid ego magis in Principum modernorum uſum poſſem, quam eorum ſubditis commemorare calamitatem illorum ſubditorum, qui jam dudum obiere? Hoc tempore ignorant populi ſuam felicitatem, quia in ea naſcuntur. Non invideo illorum felicitati, ſed velim ſciant ſe eſſe felices. Nec ex re eſſe puto, ut experiantur, ſed ut legant diritatem Tyrannorum. Tum quam maxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

me bonus Princeps colitur & æſtimatur, quando videmus Deum ſubinde malis Principibus imperium committere.

Et qui melius de ſubditis mereri poſſum, quam ſi ſcribam de Tyranno, de ipſo Tarquinio? Fruſtra ſunt ſcriptores tragœdiarum, dum opinantur ſe Principibus non injucunda tantum, ſed etiam utilia ſcribere. Certe eo deteriorem rem ſuam reddunt, quo magis ad delectationem eam componere conantur. Probatur enim ibi perſona tragica, quæ inter virtutem & vitium media eſt. Placet ibi fortunæ temeritas, quæ tamen accidit præter omnem cogitationem. Ficta illiuſmodi perſona non docet tale, docet vel ſimile illi aliquid, vel plane contrarium. Nec inexpectatus ille rerum, quæ in tragœdiis exhibentur, eventus docet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

cet, ſed potius corrumpit. quippe quemadmodum juſtis periculis ſoli Tyranni ſunt expoſiti, ita optimi Principes non poſſunt plane evitare fortuitam calamitatem.

Qui ſcribunt vitas Tyrannorum, qui felices ex hac vita deceſſerunt, delectant quidem, ſed interim Principes deprædantur. gratiam quidem aliquam illi ineunt apud eos, qui ſequuntur proprium judicium, & ſecuritati ſuæ eunt conſultum; quaſi vero inde deſumi poſſent præcepta beatæ vitæ & mali imperii.

Proficuam ego tragœdiam hic condo, ſcilicet vitam Principis Tyranni; qui cum injuſte imperaret, merito tamen malum principium, peioremque progreſſum Imperii cum peſſimo eventu conjunxiſſe videtur.

Principi dare præcepta bene

imperandi, neſcio quid habeat temeritatis. Laboris plenum illud quidem opus eſt, & pene dixerim inſolens. Illa enim præcepta maximam partem ideæ ſunt, quæ non niſi in ſolo intellectu ſubſiſtunt: formæ inquam ſunt, quæ appetuntur, ſed quia impoſſibiles, nequeunt obtineri. Punctum extra certum ſubjectum, vel, ut loquuntur, in abſtracto, individuum eſt; in ſubjecto ſuo, vel ſi mavis, in concreto, in multas imo infinitas partes dividi poteſt: exiſtimaverim exempla præceptis plus poſſe; idem exemplorum ac præceptorum quidem finis eſt, nec tamen idem pariter periculum ſubeunt; nec etiam exempla tam movent Principes, quæ à re meliore, quam quæ à peiore petuntur. Si majus exemplum, pudore Principes ſuffunduntur; ſi æquale, æmulantur; ſi mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ſi minus ſit, gloriæ ſibi ducunt. Si narrantur ſcelera eorum, qui jamdudum deceſſerunt, laudant, quoniam præſentes non ſunt, ſi eorum, qui adhuc ſuperſunt, commiſerãtur. Vbi maledicentia comprobatur, debita autem laus inſuper habetur, ipſa veritas adulatorem facit, malignitas ſpecie libertatis excuſatur. Hinc fit, ut vitæ malorum magis, quam bonorum & legantur & ſcribantur.

Si ego ad ſuppeditandum Principi præcepta idoneus forem, operæ pretium me facturum arbitrarer, ſi proponerem Vitas Tyrannorum. Longe facilius eſt dicere, qualis non eſſe Princeps, quam qualis eſſe debeat; præſtat ibi negare, quam aſſeverare. Qui Principum vitas nimis anguſtis terminis circumſcribunt, Principes ad deſperationem perducunt, non ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

meliorem frugem. Dum enim Principes à data illa regula deflectunt, putant ſe à boni Principis munere longe receſſiſſe, ac proinde ſe in pejus quid præcipitant. Principatus non intra nimis anguſtos limites veluti unum individuum eſt conſtringendus. Ampliſſimi profecto ejus termini ſunt. Tum adeo perverſum hominis ingenium eſt, ut illum, qui vitio caret, virtute præditum, illum qui non malus, optimũ reputet. Non in omnes Cyri virtus cadit, & ſi qui eam habent, tamen deſtituuntur occaſione eam probandi. Proponere alicui ejus vitam imitandam, qui dotes ejus non habet, nihil aliud eſt, quam ejuſdem molis pyramides ponere in fundamentis, quæ non æque firma ſunt. Poſſunt quidem pene omnes à vitiis Tarquinii abſtinere, interim non

ſtatim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ſtatim Cyri virtutem imitari. Qui alas non habet, vix in ſublime vehitur, nec, niſi qui oculos aquilæ habet, intuebitur in ſolem.

Res mundanæ ita inter ſe unitæ ſunt, ut unam altera, hanc tertia, & ita porro ſequantur. Qui unicum hic catenæ articulum ſolvit, rumpit catenam: ſic lenitas Principis, qui jamdudum omnes autoritatis partes occupavit, provocat benevolentiam; ſtolidi vero lenitas contemptum. Deeſt enim tali magna pars autoritatis. Multæ lineæ ad unum punctum ducunt, multi tramites ad unum locum. Qui neſcit incedere per ſalebras, per viam Regiam incedat; qui rem ſuam agere nequit cum laude, agat abſque vituperio. Daturus Principi vere ſalutaria præcepta, ejus indolem debet habere exploratam, & ſummo ſtudio eniti, uti

eum, ſi non meliorem, certe bonum reddere poſſit.

" *Poſtremus partus Regiæ poteſtatis* "*apud Romanos Servius fuit: Quæ poſt* "*ipſum, nihil niſi monſtrum procreavit.*

" *Tarquinius Regnum vi invadebat,* "*& quod placide conſequi potuit, cru-* "*deliter maluit peragere. In morte Ser-* "*vii ſoceri vindictæ cupidum ſe oſtende-* "*bat; dum inſepultum eum relinque-* "*bat, ſuperbum; dum voluit cum Ro-* "*mulo componi, irreverens erat.*

Mors Principis quamvis violenta, cum quo tota pariter familia extinguitur, nullam ſucceſſori bene regendi difficultatem relinquit, niſi ille ipſe ſucceſſor aliquam ſibi imponat, dum male regnat. Vbi nullus ex conſanguineis ejus ſuperſtes eſt, ibi deeſt populo dux; ubi dux non eſt, ibi tantum motus ſunt, & nihil pro repub. decernitur. Maximi ad vindictam ſtimuli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ſunt neceſſitas & utilitas. Amicitiæ raro cum cadaveribus, ſed cum hominibus coluntur; & interdum poſt mortem etiam durant; durant autem dum condolemus. Et tunc Principes ſubditos ſuos beneficiis, non ferro aggrediantur. Præſens beneficium magis quam præteritum movet: & licet vetus amicitia aliquem retrahat ab applauſu, tardant tamen beneficia nova omnes machinationes. Qui beneficium accepit, nec in Principem ſeditionem molitur, nec amplectitur, ſi quæ fuerit exorta. Ingratitudine, quam exercemus, docemus alios, quam periculoſum ſit ſe alicui obſtrinxiſſe. Sceleratis hominibus in ſupplicium delictorum eſt, fidere periculis, diffidere ſecuritati.

Crudelitas quæ ad imperium nihil confert, plus inſaniæ, quam pru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

prudentiæ habet. Qui autem eam exercet, non tam homini crudeli, quam feræ ſimilis eſt. Sic Tarquinius vindictam magis amat, quam regnum, mavult manus ſanguine imbutas, quam caput diademate cinctum. Dolemus aliquando ſortem Principum, ubi vi dominationis crudeles eſſe coguntur; ſi ab eorum naturæ pravitate crudelitas proficiſcitur, odio habemus.

" *Tarquinius qui ſibi metuebat, quod*
"*ſuo exemplo docuiſſet artem vi regnum*
"*invadendi, interfecit omnes ſenatores*
"*Servio familiares.*

Si difficile eſt exercere Tyrannidem, poſtquam Tyrannus ejectus eſt, impoſſibile plane eſt eam exercere, poſt ejectum Principem bonum. Vbi autem Princeps bonus fuit ejectus, non poteſt dominatio integra & ſalva manere. Velle enim omnes boni Principis ami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

amicos mactare, idem eſt ac velle omnes ſubditos trucidare.

Mors violenta unius boni Principis, Tyrannum ad multorum millium cædes perpetrandas invitat. Ex cæde cædes naſcitur & ultima ſemper fæcundiſſima eſſe ſolet. Modo dubitat Tyrannus de mutuis inter conſanguineos pietatis officiis, modo metuit iram amicorum. Et ut à periculis ſe liberet, majori adhuc utitur crudelitate. nec ea ſecurum eum præſtat, ſed amplius imponit neceſſitatem, ad longe majorem crudelitatem exercendam.

Qui vi regnum ſibi paravit, niſi abſtineat violentia, violentia ſua perit. Stolidiſſimus eſſet, qui uteretur eodē cibo ad conſervandam valetudinem, quo uſus fuit ad eam comparandam: ſic parum ſaperet ille Tyrannus, qui iiſdem artibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

regnum adminiſtrare vellet, quibus id acquiſivit. Hic non ſcribo quid debeat, ſed quid ſoleat fieri; & id naturæ hominum magis, quam arti eſt imputandum. Illud ſemper prodeſſe arbitrantur homines, quod ſemel ipſis profuit. Et hoc præceptum Principi magis, quam Tyranno conveniens eſt: conveniens, inquam, eſt illis, qui in Principes adoptati ſunt, non qui ipſi principatus invadunt. Bonum à ſui ſimili conſervatur, malum à contrario reſtituitur. Boni tanta vis eſt, vel mali tanta debilitas, ut homines ad diu conſervandam ſuam malitiam, ſæpe bene agere cogantur. Longiſſime abſit à principe crudelitas.

Venia donata amicam vim infert pectoribus; non crudelitas, quæ contra unum ſolum exercita in ſe multorum millium odia ſole-

let concitare. Ex crudelitate novi amici naſcuntur illi, qui eam ſuſtinuit. Tyrannus metum ſuum ex potentia metitur; & quanto immenſius imperium habet, tanto magis timet. Obſequio indignus eſt, qui ignorat artes, quibus ſibi populum obſtringat.

Non culpo Principes eo nomine, quod à ſubditis timeri velint, ſed quod modum neſciant metum incutiendi. Veriſimile non eſt, omnium novorum principum animos deſiderio inferendi metus teneri, niſi aliquam ad dominandum utilitatem conferret.

Subditi quidem Principem Deo ſimilem faciunt, ſed tum eos ſæpe vel ignorantia fallit, vel rei ſublimitas tranſverſos agit & majeſtas. Et dum ipſi principes divinos honores concupiſcunt, immanibus beſtiis quam ſimillimi evadunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Homo natura liber eſt. natus ad imperandum; ipſe enim frenum affectibus ſuis imponit. princeps omnium animal eſt, quod eſt rationale. Lupatum homini metus eſt, utpote maximus affectuum, quippe ne quidem per deſperationem omnium rerum, quam tamen ipſe metus procreavit, tolli poteſt aut exſtirpari.

Qui de vita ſua deſperat, mortem timere nequit, quia ſe in præſens interiiſſe putat, & futurum tempus capax eſt ſolius timoris.

Tenuis funiculus facile retinet equum, & tum nullos affectuum ſtimulos ſentit; ubi autem aſperi freni ipſi injiciuntur, eos vel mordet, vel rumpit, & poſt præcipitat ſuum ſeſſorem: ſic ſubditos Principis amor ad omnia obſequentes facit; ubi autem in amoris locum metus ſuccedit, irritantur. quippe vehe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

vehementiores ſunt ſtimuli iræ & ambitionis, quam amoris.

Expedit quidem metum hominibus incutere; non autem ſemper profuit, ab illis metui. Bonum eſt, quod metuant ſibi ſubditi à malis actionibus; contrà malum eſt, ſi metuant ſibi fortuniſque ſuis ob Principis actiones.

Timor Majeſtatis ſoboles eſſe vult, non crudelitatis. Illa producit reverentiam, hæc odii ſocia eſt; illa originem ſuam trahit à magnis facinoribus, hæc à ſceleribus. Maxime ſecurus ille Princeps eſt, cujus virtus timetur, & peſſime econtra cum illo agitur, cujus ſtoliditas metuitur. Divini aliquid Princeps habet, ubi timeri vult, ut nos bene agamus: ſed econtra plus quam diabolicum eſt, ubi metui propterea vult Princeps, uti ipſe male agere poſſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

"   *Semper ſatellites armatos aluit*
"*Tarquinius, ut imperium vi tutare-*
"*tur, quod vi acquiſiverat.*

Satellites, quos in ſui cuſtodiam principes adſciſcunt, principes ubi tyranni non ſunt, tyrannos efficiunt. Vbi ſceleratis metus aſperrimum frenum eſt, ſecuritas illis maximus eſt ſtimulus. Non ſine graviſſima cauſa Principes facere videntur, quod ſatellites alant, ut ipſos ab illis defendant, ex quibus ſatellites lecti ſunt. ad interitum illa reſpublica properat, quæ indiget hujuſmodi mortalibus. Et jamdum corruptus eſt ille principatus, qui illis carere nequit. A forma procedunt operationes. quæ reſp. ſuſtinetur ab alia cujus forma violenta eſt, non poteſt eſſe perpetua, propterea quia violenta. Ne exercitus quidem illum Principem defendet, cui defendendo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

dendo non ſufficiunt pauci. Pauci autem ſufficiunt, ubi eſt amor multorum: multi tum pauci ſunt, ubi odium omnium in amoris locum ſuccedit. Idem gladius, qui Principem defendere poteſt, in Principem poteſt ſtringi, inprimis ubi avaritia mercenarii audet expugnare civis liberalitatem. Quando non omnia ex animi ſententia tyrannis ſuccedunt, etiam à corporis ſtipatoribus cavere ſibi quammaxime opus habent. Et quid, quæſo, tyrannos tutos præſtat & ſecuros? an amor civium? non; quia etiam ſcelerati, in quantum ſunt ſcelerati, tyrannis ſunt exoſi. An præmium? Nec hoc; quia ſemper plus præmii ab illis, qui eorum vitæ inſidiantur, exſpectant, quam qui eam protegere volunt, & conſervare. An juramentum? Neutiquam; quia juramentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

mentum ceu res bona ſubinde obligat ad rem malam; rerum autem peſſima eſt, defendere tyrannum. Nec verecundia obſtabit, quo minus tyrannus tollatur. Nullum enim dedecus reputatur, manus, ſanguine illius polluere, cujus parricidium gratiſſima victima eſt. Dî boni, ſi apud ſe expenderent Principes, quam facile ſit & ſecurum bene regnare, quam difficile contra & pernicioſum, male regnare, militum opera non ad defendendam Majeſtatem, ſed eam exornandam uterentur. Princeps bonus peccare quidem poteſt, ſed non offendit; malevolos quidem facit, non inimicos; & illud humanæ imbecillitati, non animo eſt adſcribendum. Et hic paucorum miniſterio facile poteſt eſſe contentus, quia paucos offendit, nec niſi vi neceſſitatis adactus. Si nulla

alia

alia re ſubditi quam debita juſti-
tiæ adminiſtratione concitaren-
tur, profecto plus præſidii in mi-
niſtris, quam militibus Princeps
haberet. Sed Principi difficilius eſt
ignoſcere, quam juſtitiam rigide
adminiſtrare. ibi neceſſitas illum
excuſat, hic exoſum illum reddit
abſoluta adminiſtrandæ juſtitiæ li-
bertas. Iuſtitia quæ male exerce-
tur, tot amicos, quot inimicos ſi-
bi comparat. Vbi de jure aliquid
Princeps remittit, unum illum tan-
tum ſibi devincit, cui ſceleris pœ-
nam ignovit, reliquorum autem
omnium odia in ſe concitat, qui-
bus non parem clementiam exhi-
buit: & gravius illud odium eſt,
quod non ex damno tantum; ſed
ſimul ex contemptu naſcitur, ſci-
licet dum unus omnibus præfer-
tur, omnes ſe uno inferiores habe-
ri, & propterea ſperni exiſtimant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Nec propterea tyranni nomen ille
Princeps meretur, qui paucos cor-
poris ſui cuſtodes habere inſtituit,
ut eo melius omnium ſuorum a-
ctiones cognitas habeat & explo-
ratas. Sed eo nomine potius de
republica bene meretur, dum ſe
tutum vult præſtare ab odio, quod
ſceleribus ſuis in ſe irritavit. Vtu
ſit, cuſtodia Principum vix place
Senatui, quoniam veretur ſum-
ptam illam in ſui perniciem, non
principis defenſionem. Senatu
enim perpetua controverſia eſ
cum principe de illa libertate, qua
jamdudum ſervitus facta fuit, ni
mirum, ubi penes illum rei ſum
ma eſt, qui cum ſumma ſecuritat
crudelitatem poteſt exercere.

" *Vt Tarquinius ſtabiliret ſuam po*
"*tentiam, & magis terribilis omnibu*
"*videretur, de omnibus controverſiis ju*
"*dicavit, etiam cognitiones rerum capi*
taliu

talium ſine conſiliis per ſe ſolus exer-"
cebat, ut ita commodius condemnare"
illos poſſet, quos vel metueret, vel ex"
quorum morte nil niſi prædam ſpera-"
ret. Odio habebat virtutẽ alienam, in-"
ſidiabatur divitiis. Divitiæ enim tunc"
quammaxime inimicæ poſſeſſori ſuo"
ſunt, & ſub tyranno felicior ille eſt,"
qui infeliciſſimus. "

Vt omnia unus ſolus moderetur, ſumme neceſſarium in principatu vulgo creditur. Et hoc inſtitutum ſtabilitum fuit ab illuſtris conſilii viro, quod ipſum inter prima prudentiæ præcepta retuliſſe accepimus, quæ illis dedit, quorum curæ imperium demandatum eſt. Ille mortalis meo judicio nihil illarum rerum intellexit, quæ privatim geruntur, quæque ad genus judiciale referuntur. Levis ille error eſt, qui parum Principibus nocere ſolet, ſed graviſſimi contra erro-

errores, qui ipſum imperium ſpe-ctantes ſub genere deliberativo comprehenduntur; à quo dependet, quid eſſe in principatu, & quid non eſſe debeat.

Principis non tantum eſt, illa præſtare, quæ ab illo requiruntur sed etiam ab illis abſtinere, quæ ipſum non decent. Qui vel nimium remittit à juſto ſuæ potentiæ uſu, vel nimium eam auget boni Principis officium non facit. Vel enim populo inſtar mancip[illegible] paret, vel nimis ſuperbe primor[illegible] bus imperat, & errorum horum alter ex nimia puſillanimitate, a[illegible] ter ex nimia ſuperbia oritur.

Omnes homines, quicunque ſunt, vel nimis ſapientes, vel p[illegible] rum callidi ſæpe geſtiunt ſcribe[illegible] vitas Principum præteritorum, ſi[illegible] ve mali illi ſive boni fuerint. B[illegible] norum virtutem temere laudan[illegible]
mal-

malorum vitia culpant & deteſtantur; cum tamen multi Principes inveniantur, qui poſtquam ad imperium pervenerunt, intermiſſo boni Principis officio, quod inter laudabilia ſemper numerabant, illa amplecti incipiunt, quæ prius deteſtabantur. hinc id vitii ſoli electioni tales adſcribendum eſſe rentur, nec ceſſant mirari, cur Principes, qui tamen ſecuri & cum ſumma autoritate vivere poſſent, ſecuram ſuam vitam & gloriam cum metu & ignominia malint commutare. Certe ſi illi ſcriptores conſiderarent, homines non tam ſectari pravos mores, quam ad eos abduci, non quidem tam contra, quam præter voluntatem, ſolliciti magis de illius rei ratione inveſtiganda eſſent, quam quod perpetua cum admiratione conflictarentur.

Non dubitaverim, Principes propemodum omnes bonos eſſe velle, ſed illorum plurimos vel à ſubditis impediri, vel temporum injuria corrumpi. Et fortuna hic ſuum locum habet, quæ quamvis Principem revera bonum præſtare nequeat, præſtat tamen, uti bonus videatur. Cæſar optimus fuiſſet, ſi vel Cyri ſubditos habuiſſet, vel in tempus Trajani incidiſſet. Actiones, ut bonæ videantur & probatæ, carere debent omnibus, quæ illis nimis reſiſtere poſſunt. Subinde tamen neceſſariæ ſunt illæ comparationes, quæ de peſſimis deſumuntur, ut eo melius optimi ab illis dignoſci poſſint. Omnes quidem Principes boni eſſe poſſunt, ſed non omnes tales videri. Querelæ ſubditorum de ſuo Principe ſcriptorum oculos obfuſcare aliquando poſſunt, quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

non ſatis omnes res geſtas exploratas habent, quas in lucem emittunt. Solus ille omnibus obloqui poteſt, cui omnes adverſantur & obloquuntur; & ſemper ex illa parte maxima injuria metuitur, quæ viribus maxime pollet. Qui bene regere ſubditos nimiæ libertatis cupidos vult, neceſſum habet, ut regno ſe abdicet; Illis enim bonus Princeps eſſe non poteſt, qui non deponit Principatum. Illæ civitates, quarum primores plebem premunt, nunquam ſe bene habent, niſi male remp. adminiſtrent. Si Princeps gladium in præcipuos urbis ſtringit, Tyrannus audit, & veluti Tyrannus odio habetur, & ſic odium efficit, ut fiat Tyrannus. Si permittit Princeps, ut plebs divexetur, Princeps amplius non eſt. Ipſius enim munus eſt, imbellem plebem tutari. Dixerim,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

xerim, tam difficile eſſe judicium ferre de eo, qui fuerit bonus Princeps, quam eſſe bonum Principem. Si licuiſſet populo Romano aliquando ſuffragia ferre in eligendo Principe, haud dubie illum optimum Principum dixiſſet, qui à Senatu habitus fuiſſet pro peſſimo Tyrannorum.

Non negaverim, ſed aſſeveraverim potius, multos inveniri Principes, qui ineſcati falſo bono & falſa gloria ſponte malos mores amplexi fuere. Sentiunt difficilius eſſe Tyrannidem, quam Principatum conſervare, eumque magis ad gloriam augendam conferre; Item perſuadentur, majorem laudem mereri, quod magis arduum eſt, quam quod decet.

" *Tarquinius Senatus poteſtatem in*
"*paucos tranſtulit, ut contemptior pau-*
"*citate ordo videretur, & contra Pa-*

tres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

tres Principem magis revererentur. "

Imminuitur autoritas Senatus, ubi in paucos derivatur. Enervatur auctoritas Senatoris, ubi Senatoria poteſtas in multos ſe diffundit. Ex privatis pauci ad Senatoriam dignitatem evehuntur, quia unus & privatus facere non poteſt, ut ſui ratio habeatur, & ſic perveniat ad illum dignitatis gradum ad quem magni tantum pertingunt.

Reverentia, quam plebs Senatui debet, diminuitur, ubi intenditur. in tanta Senatorum paucitate, unus ſe facile vel vi vel fortuna arbitrum paucorum conſtituere poteſt. & ſola inæqualitas conſervat Principem, ubi à multis fuit adoptatus: eum autem evertit, ubi ab uno ſolo fuit Princeps creatus. Princeps, qui tyrannus non eſt, numerum Senatorum augere debet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

quia magis metuendum ipſi eſt à potentibus privatis, quam à numeroſo Senatu. Princeps Tyrannus feliciſſimus eſt, qui Senatum contractum invenit, quem poſtea pro lubitu ſubigere volet: qui numerum Senatorum adaugent, debilitandæ Senatus auctoritatis ergo, faciunt ut quantum ad numerum Senatorum, tantum roboris ad Senatus poteſtatem accedat. Maximum, quicquid fuerit, diminui ſemper poteſt, & auctoritas, tot tantorumque ingenio & moderamine paucorum poteſt conſervari. Si autem pauci illi eos in reipublicæ adminiſtrationem introducant, qui ſibi dediti ſunt, dum ſtudent creare illos Senatores, qui ſtudio partium ſunt occæcati, infeſtos ſibi reddunt illos cives, qui ipſorum partibus antea erant addicti. Et hæc talia revera

non ſubſiſtunt, ſed in ſolo intellectu reperiuntur. Eadem via quæ ab infimo montis alicujus loco, ad ejus apicem, viciſſim ab apice ad ejus ima ducit. Qui ex palatio Tyranni ad Senatum contendit, contrarium ſibi habere Senatum videtur; ſed ſi ex Senatu ad Tyrannum, contrarius Tyranno eſſe videtur. Hinc factum eſt, ut multi magiſtratus præclaræ prudentiæ factioſos ex populo in Senatum retulerint, uti ſpecie illius dignitatis illos meliores redderent. Vnus idemque & in Senatu & aliis locis verſari poteſt, interim non idem proſpectus eſt è Senatu in forum, qui eſt ex foro in Senatū. Qui ſpeculum mutat, mutat etiam neceſſario punctum viſionis. Qui alicujus rei privationem malam eſſe perſuadet, hoc facit, ut ejuſdem habitus, expulſo prius ſuo contra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

rio, privatione rerum optimus cenſeatur. Maxima & pene ſtupenda metamorphoſis in hoc mundo eſt, quæ ſe in oculos unius immittit eo tempore, quod omni invidia & malignitate vacat.

" *Tarquinius filiam Octavio Mami-*
"*lio Tuſculano longe Principi latini no-*
"*minis nuptum dat, perque eas nuptias*
"*id periculi propulſare in animo habe-*
"*bat, in quod incurriſſet, ſi illam alicui*
"*ex ſuis matrimonio junxiſſet. Volebat*
"*illo matrimonio vires ſuas utpluri-*
"*mum augere, uti & crudelis eſſe poſ-*
"*ſet in Romanos, & Latinos ſubju-*
"*gare.*

Verum quidem eſt, magis prodeſſe poſſe unum vicinum amicum, quam mille parentes qui longe à nobis abſunt. Qui Tyrannum non videt, eum non poteſt tueri; Tyranni defenſio ſe non latius, quam vox extendit. Nihil mali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

præter conjurationes Tyranno accidere poteſt; omnes autem conjurationes ſunt repentinæ. Si cum exteris Principibus amicitias colit, receptaculum ſibi quidem condit, ſi contingat eum expelli, non autem una munimentum, quo minus & inde exturbari poſſit.

Tarquinius potius ad acquirendum regnum inter Latinos adſpirabat, quam timebat ſuum, quod inter Romanos obtinebat, perdi poſſe. Et alias in tam arduo negotio ſatis utilitatis ille percipit, ad quem nihil damni redundat. Satis ille defenſus eſt, qui non eſt offenſus.

Exemplum hoc, ipſi quidem bonum erat, mali tamen exempli erat illis, qui contrahunt matrimonia cum virginibus regio ſanguine ortis. Primum, quod tales mariti cogitant, eſt cupido regnandi. Primus fœtus, quem in gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

tiam maritorum tales fœminæ edere volunt, regnum eſt. Matrimonium æqualitatem flagitat, & ubi eam non invenit, facit. Principatus natura ſua inæqualitatem expoſcit. Parentes Principum primi ſunt, qui oderunt dominationem, quia quemadmodum faciliores ſunt ad eam affectandam, ita aptiores ad eam conſequendam. Imo parentes privati ſæpenumero inter ſeſe de æqualitate contendunt, & dum hoc faciunt, occipiunt æmulari; & quod æmulatione nequeunt, malis artibus perficere conantur. Et huic malo nec beneficiis mederi poſſumus, nec prudentia, nec clementia, vel alia quavis ratione niſi ipſa morte. Quid orbis illi ſcriptori non deberet, qui modum oſtenderet, evitandi omnem invidiam & malignitatem, cum quis ejus condi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

tionis eſt, ut capax ſit invidiæ & malignitatis.

Magna tum Tarquinii auctoritas " apud Latinos erat, & forte ejus au- " gendæ ergo diem certam indicebat, in " quam ad lucum Ferentinæ conveni- " rent, tractatum de communibus nego- " tiis. Conveniunt ibi frequentes. Tar- " quinius tardius ad indictum diem ve- " niebat. Turnus majore libertate quam " prudentia pollens, impatiens tantæ mo- " ræ in concilio ferociter in abſentem " Tarquinium invectus, in hunc forte " modum fuit locutus. "

Ne numeretis, viri Latini, Tarquinium inter incautos, ne numeretis eum inter imprudentes. Credite, hoc non ſuperbiæ eſt; vel, ſi ſuperbiæ, non contemnendi, ſed regnum occupandi ergo hoc fecit. Qui ex ſociis ſervos facere aſſuevit, vult item amicos ſibi ſubjectos. Iiſdem artibus patientiam noſtram Tarquinius tentat, quibus ſemel regnum

acqui-

acquiſivimus. Convocare concilium ſummæ autoritatis Principis eſt; non comparere, ſuperbiæ Tyrannorum; hanc ſuperbiam tolerare, nimiæ patientiæ & pene ſocordiæ ſubditorum eſt.

Tarquinius major eſt, quam ut alio quam capitis loco in hac rep. eſſe debeat. in concentu multorum diſſonantiam facit una vox reliquis melior, modo major ſit. Si leonem in remp. infertis, ad ſerviendum illi vos parate. Potentia mortalium inſtar venti eſt, qui liceat faveat noſtris curſibus, tamen ubi nimis vehemens eſt, nos ſubmergit. Qui multum nobis ſuperiores ſunt, illos, quantum fieri poteſt, à nobis abeſſe faciamus, aut ad minimum linquamus ſuo loco & conditioni: Et curemus ne inimici illorum evadamus, multo minus illorum amicitiam ambiamus. Converſatio talium non ſocietas, ſed ſervitus eſt, niſi in manifeſtam inimicitiam erumpat. Ingentes imagines contemplaturus non propius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

illas oculis admovere debet; accurata illarum contemplatio aliquam locorum diſtantiam requirit.

Viri Principes Tyranni evadunt, quod cupidine dominandi non poſſunt expleri. Amant dominari in honores, in divitias, in ipſos homines; omne id odio habent, quod ipſi non poßident; id damno ſibi eſſe ducunt, quod acquirere neſciunt. Nullus hic mortalium eſt, qui ſua ſorte ſit contentus. Felicitas noſtra, quam tamen nunquam poſſumus indagare, in eo magis vertitur, quod eam acquiramus, quam quod jam acquiſita fruamur: ibi enim lætamur, ſperamuſque nos, quod quærimus, eſſe conſecuturos: hic contra affligimur, dum videmus, hac, quod voluimus, nos conſequi nullo modo potuiſſe. Ego plane mihi perſuaſum habeo, quod ſi quis totius hujus univerſi dominus eſſet, & iis omnibus, quæ expetierit, jam frueretur, tamen ſpretis omnibus mundi deliciis deſperaret, quod videt, ſe

ſummam felicitatem nondum inveniſſe, nec locum ullum amplius ſupereſſe, in quo quærere poſſet & indagare.

Tyranno nihil magis libertate adverſatur, & illi maxime pernicioſa illa libertas eſt, quæ maxime vicina. Ipſius ſubditi exemplis vicinorum docentur, quamvis in viribus vicinorum nihil præſidii habeant.

Si exterus tantum autoritatis ſibi ſumit, ut convocet concilium, idem profecto concilium audebit moderari. Rerum formæ non mutantur in inſtanti; accidentia, quæ corporibus carent, corpora mutant.

An forte creditis, illum, qui principali dignitate inter ſuos non poteſt eſſe contentus, acquieturum in conditione hominis privati inter Latinos? An exiſtimatis, eum ſuam cervicem reip. ſubmiſſurum, qui nihil illorum ſcelerum intermittit, quæ ipſum omnium Principem conſtituere poſſunt.

Exempla Romanorum ante oculos veſtros verſantur; Nullam illis exemplis fidem adhibemus, quæ ſe ipſa interpretantur. Quæ docent ante factum, illis non tanta ante factum, quanta poſt factum fides habetur. Odioſa illa exempla plerumque ſunt, ac proinde noxia in rebus humanis; nunquam enim expenduntur, uti in ſeſe ſunt. Quilibet hic ductum ſuum ſequitur; prout quiſque vult, illis vel fidit, vel diffidit.

Quid cum illo commercii habebitis, ex quo nullum aliud auxilium ſperare licet, quam quod ad imperium ſibi comparandum ſpectat, nullum conſilium, quam quod ad crudelitatem eſt compoſitum? Mali quidem illius mores tum vobis nocere nequeunt, quamdiu in ipſo ſeu domicilio ſuo adhuc detinentur, damno tamen vobis ſunt, dum in vos derivantur; Cujusvis rei malum facillime inficit, & hoc in Tyrannide verum eſſe experimur. Et profecto non poteſt non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

eſſe Tyrannidi ſua dulcedo & voluptas, dum multos ſecuritatem Principatus cum periculo Tyrannidis commutare videmus. Quantum inſanivimus, quantum, per Deum immortalem! inſanivimus, quod affinitatem illum cum gente noſtra contrahere permiſerimus. In rebuspubl. infeliciter matrimonia cum viris Principibus contrahuntur: Alienigenæ beneficio talium matrimoniorum multum poſſunt; poſſunt quod peregrinis in locis poſſederunt, abalienare: nec cives tum deſtituuntur occaſione extra patriam dominia acquirendi.

Populus ad odium adverſus tyrannum incitari debebat, non ad reverentiam illi exhibendam.

Si exoſum ſit, vel nomen tantum Tyranni dicere, profecto cum majore odio conjunctum eſt, in remp. eum introducere. Qui de Tyranno loquitur, de eo non aliter ac de tigre, de ſphynge, non homine loqui debet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Neſcio cur ex liberis, ex dominis ſervi fieri ametis. Neſcio, num interitum vobis adſciſcatis vel ignorantia, vel ignavia, aut ſimul utroque. Me quod ſpectat, non vox prius pro republica, quam hæc vita deficiet. Vixerit Turnus, non inter ſilentia decedet; quotquot me fuerint ſecuti, Tarquinio nunquam ſervient.

Is finis orationis fuit. averſi omnes ad Tarquinium ſalutandum, qui tum interveniebat. Silentio facto monitus ut excuſaret ſuam moram, diſceptatorem ſe factum dicebat inter patrem & filium; ſtudium eos reconciliandi in gratiam illiuſmodi moræ cauſam exſtitiſſe.

Turnus, qui ferocia & dicendi libertate autoritatem apud Latinos utplurimum ſibi acquiſiverat, more ſuo nec hoc tacitum tulit, dixitque ejuſmodi controverſias brevius poſſe componi. Filii eſſe, parenti parere, ubi bonus; ſin malus, eum patienter ferre, ubique

"*ubique eum revereri. Itaque palam*
"*eſſe, Tarquinium nullam ſuæ moræ ra-*
"*tionem dixiſſe, ubi ſe maximam &*
"*graviſſimam prætendiſſe opinatur.*

Summa felicitas eſſet, naſci temporibus accommodis noſtro genio, ſi illa perpetua eſſent, aut homines in illis morerentur; ſed cum nihil certius ſit illorum mutatione, raro in illis homines moriuntur. Profecto ſumma calamitas eſt, vitam ſuam felici tempore peragere, ubi in infelici moriendum eſt. Admirandum inptimis eſt, nos, qui cum tempore externa mutamus, non poſſe induci, æque cum tempore interna etiam mutari oportere; Et hic tam docti quam rudes laborant, aut quia neſciunt mutare naturam, cui aſſuevere, aut quia non credunt, mutandam eſſe naturam, quam faventem ſemper ac felicem ſunt experti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

experti. Fortuna ſæpe mutatur cum hominibus. mutat enim tempora; homines autem pertinaciter eandem vivendi rationem retinent.

Leonina hæc feritas, quæ Turno profuit in factionibus civilibus inter æquales, cauta diſſimulatione opus habebat apud ſuperiores. Multum poſſunt, ſi in homine concurrunt, hæc tria, benevolentia, prudentia & heroica ferocia. Nempe ſi benevolentia plurimũ, prudentia nihil, feritas paulum ſeſe in homine exſerunt.

Quemadmodum ſimulare apud æquales, timiditatis eſt, ita ex animo & ſerio loqui apud majores, temeritatis. Non expedit ſemper id ore profiteri, quod in corde fovemus, quamvis id omne bonum fuerit. Loquendi noſtra libertas tum eſt cohibenda, ubi vivendi li-

bertas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

bertas noſtra attenuata eſt; Quicunque dicendi ſua libertate non in tempore utitur, non excutit, ſed imponit ſibi jugum ſervitutis. Tarquinius ſenſim poteſtatem aucupabatur, ſenſim etiam illa exui debebat. adigere aliquem eo, ut à potentiſſima civitate tutum ſe præſtet, idem eſt, ac anſam illi præbere, ad præclarum aliquod facinus edendum; Quod poſtea facinus illi vel deferet Principatum, vel ad minimum modum oſtendet, ad illum eluctandi. Exitiale eſt, vel minima vitia in republica ſalva ac integra pati, ſed longe deterius, vitia quævis comprobare & ſtabilire in republ. jam corrupta: talibus temporibus rempubl. nimis amplificare, ad Tyrannidem ſemita eſt. idem pondus, quod columnam erectam ſuſtentat, nutantem proſternit. In

rebus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

rebus difficilibus non ſemper conſultum eſt reniti, imo præſtat deſperata mala fortunæ committere, quam iis remedia quęrere. Dum enim reſiſtimus, ubi nihil nos ope noſtra juvare poſſumus, nihil aliud agimus, quam quod virtutem cauſæ nobis longe ſuperioris præpediamus: Et dum illa cauſa per invias & inſperatas vias ad nos venit, facillime fit, ut invite illam inquirendo, tempore, quo ad illam penetrare poſſemus, deſtituamur; aut ſi alia via incedamus, pellamus. Quot, quæſo, natura rerum reſtituit, quos ars dereliquit? Quot ars ſemiſanos & mancos effecit, quos tamen natura ſanitati omnino redonavit?

Tacet Tarquinius. Scilicet in verbis defenſionis illi exigua ſpes eſt, qui præter adulationem nihil ex animo ſentit. Liberrima Turni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

oratio Tarquinio præter omnem exſpectationem accidebat, quippe à libero homine profecta. Ad omnia reſpondere, privati eſt; omnia reprehendere, Tyranni. Principes verbis contendere non debent, ne forte plures ſibi infeſtos reddant, & ſe periculo exponant, vel, quod magis eſt, ſuam Majeſtatem arbitriis aliorum committere cogantur. Tum magis tute inſidiari poſſumus, ubi flavam noſtram bilem refrænamus. Gratulatur ſibi Tyrannus, quando à ſummis provocatur; quærit offenſiones, ut ipſe offendat; lætatur propter acceptas injurias, ut eas poſſit vindicare. Si nullas invenit, ipſe ſibi fingit, & hæc omnia in ſpeciem vel innocentiæ vel juſtiſſimæ indignationis.

" *Tarquinius, ut Turno necem inferret, per adverſæ factionis quoſdam ſer-*

vum

vum Turni auro corrupit, uti in do- "
mum ejus vim magnam armorum in- "
ferri ſineret. "

Bellam occaſionem extranei habent injurias ulciſcendi in civitate factioſa: & licet extraneus nullos ſibi deditos habeat ad perpetranda deſtinata mala, nunquam tamen deerunt, quin non geſtiant talia ſpectare; Si non ſtatim ſeſe offerunt, qui ipſo facto & palam iratos ſuos animos produnt, ſunt tamen qui ſimultatem ſuam in pectore fovent. Extraneus raro meliorem occaſionem in ita conſtitutis locis ad profundendum ſanguinem habet, quam odium & malignitatem; quippe injuriæ, ut ſtrictim dicamus, vel veteres ſunt & jampridem obliteratæ, vel recentes & jam tum vindicatæ. Vti miniſterio alicujus civis in tali negotio, ſummæ imprudentiæ eſt;

Extra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Extraneus aliquando diſcedit, manet autem civis. Si non peregerit, quod intendebat, alter gloriam meretur, quod tale agendum ſuſceperit; hic autem vix periculum evitabit, quod tentaverit. & dedecus inde ac infamiam reportat, quod non perfecerit. Vix tale quid in civitate perpetraretur, niſi in omnibus oppidis eſſent, qui deſtituti omni rerum experientia & dicendi facultate, contra ignorantia & malitia eſſent inſignes.

" *Sequente mane Tarquinius accitis*
"*ad ſe Principibus Latinorum hunc pro-*
"*pe in modum loqui fuit exorſus:*

Mora mea heſterna, viri Latini, ſaluti nobis omnibus fuit. Paraverat enim Turnus nobis omnibus necem. Vnice dolebat ſpes ſuas ita prorogari. Heſterno die Principatum in vos omnes ſibi addixerat. Diſtuli illa molimina, dum fui aliquantulum moratus, non ignorans

de meo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

de meo capite quam maxime agi. Perſuaſum quidem mihi habeo, ferociſſimum mortalium multa vobis perſuaſiſſe; ſed ipſi cognoſcetis, ubi loca illius ædium abſcondita penetraveritis, illic ingentem armorum numerum eſſe convectum.

Civis præ cæteris ferox & ſuperbus in urbe leo eſt, & ſi ibi loci commoretur, Rex eſſe vult. Ad quod affectandum ſuperbia ipſum adegit, id ferocia anxie perſequendum imponit. quanto quiſque magis patriæ amans eſt, tanto magis illi exoſus.

Impudentiſſimis ſuis mendaciis ita aures veſtras occupavit, ut apud illas nullus amplius rei veritati & innocentiæ meæ locus ſit relictus. Nullam adhuc apud vos gloriam conſecutus niſi per aliorum contumeliam. In cenſu ac numero illorum liberorum eum habeo, qui in tantum liberi ſunt, in quantum rectæ rationi non parent. vulgus nil niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

vitia videt, quia nil niſi vitia quærit. Increpat ſolem, quod ejus ſplendor oculos offendat, ignorans, id vitii non ſoli, ſed oculorum imbecillitati eſſe imputandum. Illorum mortalium generatio iniquiſsima eſt, quorum maximum decus ac fama eſt, alios ſugillare, quorum laus, vituperare, detrahere, omnis vis auctoritatis. Effutiunt, quicquid illis in buccam venit, licet peſsimum fuerit. ſuperbi tales ſunt, invidi ſunt, arrogantes & maligni, ſola calumnia applauſum ſibi quærunt, & dum ipſis plebs applaudit, deſperant meliores cives, & ſub ſpecie libertatis veram libertatem primo corrumpunt, mox opprimunt. Hi res ſuas alio modo neſciunt promovere, niſi aliis detrahendo; quod aliis eripiunt, eo fortunas ſuas amplificant: Non diſsimiles illi mortales fœminis ſunt, quibus perinde eſt, num proceritas, quam tantopere amant, vera ſit, vel ficta, ſubditis nimirum calonibus. Illa natio funeſtiſ-

ſima eſt univerſo orbi terrarum, ſemina ſpargit diſcordiarum, facit ut bonus Princeps in Tyrannum degeneret. Diſſenſus in Senatu ciet, civitatem replet calumniis & tandem cædibus. Fatale eſt, Latini, Rebuſp. excidia intentari ab illiuſmodi mortalibus, ubi vel ipſi hoc agunt, aut alii illorum miniſterio ibi utuntur.

Dixit Turnus me ad Principatum apud vos adſpirare, & huic ſuo mendacio prætexit, exoſum me eſſe meis, inimicum ac Tyrannum. Miſerrimam Principis conditionem! Quotiens ipſum neceſſitas cogit opponendi ſeſe ambitioni & odio magnatum, Tyrannus audit. non poſſunt juſtas invenire rationes, ob quas Principem trucident, niſi ipſi Principes morti obviam iverint. Conjurationes dictæ commenta ſunt & fabulæ, ubi vita Principis non finitur cum aliorum ipſum defendentium cæde. Impoßibilia hæc quidem credimus, cum tamen vera eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

quotidie experiamur. Vim vi repellere cuivis licet: ſi privati ea utuntur, vel laudem, vel commiſerationem merentur: Principes eo nomine reprehenduntur, & neceßitati crudelitatis nomen imponitur. Iuſtior ſemper videtur, quem vires deficiunt, cum tamen vera juſtitia penes potentes tantum reſideat, qui id per legitimam electionem accipiunt, quod alii vi occupant.

Quis me odit, præterquam Senatus, qui Principem ferre nequit, ipſe Principi exoſus? Amicus Servio fui, quia auctoritatem habui, quam regno, non Servio eripiebam, quia ipſi auctoritas propria nulla erat. Quo jure igitur iis ego exuar, quæ mea ſunt? Rationes non expenditis, ſed numeratis; illud juſtum vobis videtur, quod plures aſſerunt.

Senatus in libera republ. tantum auctoritatem habere debet. ubi enim non eſt libertas, ille corrumpit dominationẽ, & ex Monarchia tyrannidem facit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Ne credatis, Latini, quæ mihi impinguntnr, vitia mea eſſe; credite neceſſitati adſcribi oportere, quam Principatus imponit. Qui partem tantum libertatis oſtentant, hoc agunt, ut ibi non acquieſcant, ſed ut tanto facilius id, quod ad libertatem adhuc deſideratur, occupare poßint. Si eques effræni equo frenos aſperos imponit, non equitis ſeveritatem incuſamus, ſed equi feritatem. Quare igitur Principem, qui Senatum frænare vult, crudelem vocamus? Cum tamen Senatum refractarium dicere nolimus, qui Principi debitum obſequium detrectat. Vbi talis Senatus exiſtit, bonus Princeps pati cogitur, ſe Tyrannum traduci, vel regno ſuo deturbari, vel talibus Magiſtratibus cedere. Nomen Tyranni, quod in ore omnium paßim verſatur, non alium denotat, quam qui vi imperium obtinet. Hoc ſi verum eſt, omnis, qui imperat, Tyrannus eſt, poſtquam pauci vel nulli erunt, qui remotis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

omnibus libertatis impedimentis ſervire volent. Regno me abdicare malo, quam vel minimum in detrimentum imperii audere. Malo Principatu carere, quam eum intervertere.

Semota rei veritate, ſim ego, ſim meis inviſus hoſtis meorum & ſæviſſimus Ty*rannus. Quis mihi, poſtquam omnium hoſtis factus ſum, exprobrabit, quod amicos mihi quæram? Qui civibus ſuis exoſus* Princeps *ſe tutari poſſet, niſi amoris aliquod præſidium in exteris haberet? Quomodo vi* Princeps Romanos *in obſequio retinere, niſi ipſi arctum cum* La*tinis fœdus eſſet? In nullum convitia facile effunduntur, niſi qui ad ſupremum dignitatis gradum fuit pervectus. Falſum inſtar viperæ in ore venenum circumfert, in ventre remedium reconditum habet.*

Quis non videt, eandem veritatem iiſdemque verbis, quibus illi Turnus *offecit, à me hic aſtrui atque probari? videbitis*

jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

jam eum ipſum, qui me tot mendaciis oneravit, me ultro eſſe defenſurum. Palam vobis erit, qui Tarquinius ſit, dummodo cognoveritis, qualis ſit Turnus.

Nihil tam contrarium veritati, quam quod eſt veriſimile. Et ſæpe etiam verum vero quam maxime contrariatur. Majore fide digna ſunt, quæ impoſſibilia, quam quæ veroſimilia videntur. Qui mendacium perſuadere vult, non quidem verum, ſed id, quod contingere pòteſt, loquitur. Auſim ego aſſeverare, pejoris eſſe conditionis in hoc mundo eum, qui calumniis oneratur, quam qui quorumvis ſcelerum coram judice accuſatur.

Perniencioſiſſimum & deterrimum illud commentum eſt, quod ad veritatem quam proxime accedit; multæ veriſimiles propoſitiones aliquid veri neceſſarii in ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

continere videntur. Et propoſitiones antecedentes veræ à vero ſubinde aberrare ſolent, imo ſubinde falſum aliquod concludunt.

Quotidie contingere videmus, hominem integrum ac innocentem nullam illarum propoſitionum, quæ falſo præmittuntur, negatum ire, ſed id ſolum, quod falſo inde infertur vel conſequitur. Mille momenta non poſſunt ſpacium aliquod temporis conſtituere. Mille puncta lineam non faciunt; ſic nec mille veriſimilia veritatem adſtruunt.

Verum autem eſt, Turnum fuiſſe ferocem; verum eſt, eum fuiſſe ſuperbum, fuiſſe invectum in Tarquinii moram; verum item eſt, magnam vim armorum domi ejus fuiſſe abditam. Reliqua autem, quorum Turnus inſimulatur, falſiſſima ſunt. Nemo ſibi ab his ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

fandis calumniis cavere poteſt, has inſidias effugere, niſi qui eas prævidit.

Accuſationes Rebuſpublicis pro fulcris ſunt, exitio autem illis ſunt calumniæ. Et hoc vulgare Politicorum axioma eſt, ad quod noſtro ſeculo non attenditur; quia ubi fides falſo non adhibetur, ibi illi locus eſt. Stringunt aliquando ſubditi in aliquem ſtylum, non ſemper vocem. Nam licet calumniæ ſemper in aperto ſint, non tamen ſemper in eas animadvertitur, quia non ſemper de earum auctore conſtat. Hæc ratio Principem ut plurimum turbat; & ſi apud eum non excitet diffidentiam, confidentiam tamen omnem tollit. Non omnes cum illo idem ſentiunt, qui cum hauriret poculum venenatum, amicorum alicui etiam libellum famoſum tradebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Patratum hoc ab homine audace fuit, non æque prudente. Falſum, quod pro vero venditatur, ſi non ipſos una fallat, quibus, falſum id eſſe, non conſtitit, certe de eo ſuſpicari occipient. Multi perſuadere conantur, ſe nihil, quid contingat rerum, ſcire poſſe, niſi hoc modo utantur; ſed ego, ipſos nil ſcire, credo, quia hoc modo utuntur. Si certi eſſent homines, nullum alium modum accuſandi exſtare, niſi evulgare convitia in rebus, quæ reipubl. incolumitatem ſpectant, certe eos amor & reverentia quam reipub. debent, ad dicundas accuſationes impelleret: & in negociis civilibus ſæpe odium & invidia, aliquando etiam zelus & propria conſcientia accuſationem extorqueret. Si Princeps accuſationibus præmium conſtitueret, calumniis pœnas, brevi temporis

poris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

poris ſpatio imperium ſuum in ſummo felicitatis gradu collocaret, quia ſic accuſationes aliqua auctoritate munirentur, nec infimæ etiam ſortis homines accuſare puderet, quemadmodum non pudet primores civitatis melioribus temporibus accuſare.

Poſtquam liberæ accuſationes in Rebuſp. tolli cœperunt, calumniæ autem permitti, occaſio homicidiis & perpetuæ inimicitiæ data fuit. feliciſſimi ſemper eſſent ſubditi ſub ſapientiſſimo illo Principe, qui ſciret magnifacere accuſationes, opprobrio autem calumnias habere.

"*Contendunt Latini ad domum Turni, ad omnia credenda parati, modo hoc verum eſſe viderint, quod de abſconditis armis nuper fuit dictum. Poſtquam igitur verum hoc eſſe cognoverunt, injectæ ſtatim Turno catenæ.*"

"*Convocatur concilium Latinorum,*
"*& in medio Turnum ponunt cum ar-*
"*mis inventis. Ita ira commovebantur*
"*circumſtantes, ut indicta cauſa novo*
"*genere mortis ipſum afficere decreve-*
"*rint, ut dejectus ad caput aquæ Feren-*
"*tinæ, crate ſuperne ſaxiſque conge-*
"*ſtis mergeretur.*

Idem ſupplicium ſubire cogitur ſic accuſatus, quam qui conjurationis fuit convictus. hic enim nulla excuſatio locũ habet, quam quæ ab impoſſibili deſumitur. Vnde naſci poſſe conjurationem videmus, ibi credimus jam tum fuiſſe conjuratum. Externa rerum bonarum ſpecies uſque adeo nos inſtigat ad eas concupiſcendas, quemadmodum malarum ad metuendas; ut nullus expendendæ veritati locus relinquatur, quia nullus deliberationi. Indurat cor hominum conjuratio, ſtupefacit reli-

reliquas corporis partes. Is, in quem fuit conjuratum, dicet potius, ſe id non crediſiſſe, quam, non credere. Impoſſibile videtur, calumniam ibi dari, ubi pro capitali crimine habetur, & qui ea oneratur, nullis periculis eſt obnoxius. In aliis calamitatibus auxilia ab amicis ſperamus; hic qui alterius cauſam defendendam ſuſcipit, ſemetipſum periculis objicit. qui faventem reo ſe oſtendit, oſtendit ſe conjurationis conſortem. Non recte judicare poſſumus, num morte afficiendus ille ſit, qui conjurationis accuſatur, dum adhuc vivit, cum nihil certi de conjuratione poſſit conſtare, niſi reus extra omne periculum ſit conſtitutus. In iiſdem aquis, in quibus Turnus, pariter & libertas Latinorum fuit ſubmerſa. Vitæ libertas concidit cum loquendi libertate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

bertate, eaque inviſa Tyranno, quia reip. uſui eſt: non ſuus ille eſt, quem ad alterius nutum vel loqui vel tacere oportet. Qui audacter & in tempore loquitur, multis millibus metũ incutit. Abſterrentur illi à pravis & ſceleſtis facinoribus, quæ alias à nullo improbari credunt. Et ad hanc rem unus homo liber ſufficit, qui viribus ſuis ac ingenio conſervare remp. poteſt, quæ alias per ſilentia everteretur. Libertas dicendi ab æqualibus proficiſcitur, adulatio ab inferioribus; illa remp. confirmat, hæc pro fomento Tyranno eſt.

Veriſſimum eſt, quod jam tum dixi, Turnum libertate ſua parum caute uſum fuiſſe; ſed ipſius interitus plane evertit libertatem in iis etiam, qui prudenter ea uſi fuiſſent. Non mors Turni damno reip.

reip. fuit, ſed exemplum quod per ejus mortem edebatur.

Revocatis deinde ad concilium La-" tinis, collaudatiſque, qui Turnum no-" vantem res pro manifeſto parricidio" merita pœna affecerant, Tarquinius" fœdus, quod Latinis cum Romanis in-" terceſſerat, renovare conatur. "

Haud difficulter perſuaſum id La-" tinis, quanquam in eo fœdere ſuperior" Romana res eſſet. Et quis auſus fuiſſet" tum Tarquinio adverſari? Quis in-" quam veſtigia Turni tum ſequi vo-" luiſſet, quæ ad aquas Ferentinas fe-" rebant? "

Qui propter metum odio habetur, ſi non invenit in ſubditis obedientiam, poſtea cum illis pro lubitu agit. Si non amorem, obſequium ſibi parit. Cum Tyranno ſubditi in nulla re idem ſentiunt, nec tamen quicquam illi detrectare audent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Horrenda exempla, quamvis non plane atterant vel tollant vires, infringunt tamen conatus eorum, poſtquam animum ſuſtulerunt. Excitant iram cum metu conjunctam, & ex utroq; ſic conjuncto naſcitur odium & contemtus. Violenta mors conſpicui alicujus viri, niſi aliorum cædibus ſtipata, vanum tantum odium generat, quia odium ibi conjungitur cum deſperatione. Non omnia quidem pericula affert, ſed omnes illas utilitates, quas ſperant Principes à crudelitate. Tum uno præclaro facinore efficere poteſt, ut præterita ſcelera oblivioni tradantur, nec tale quid unquam patratum iri credatur. Vox præcox in muſica non ſolum toleratur, ſed concentum adhuc ſuaviorem reddit; quia ſola eſt, eamque poſtea excipit multarum vocũ concentus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

*Tarquinius convenire juventutem"
armatam ad Lucum Ferentinæ juſſit."
Eoque ad edictum Regis ex omnibus"
populis frequentes convenere. pro ma-"
jore ſecuritate miſcuit manipulos ex"
Romanis atque Latinis; unde poſtea"
exercitus conſcripſit.* "

Hic modus proſpiciendi ſuæ ſecuritati, parum ſecuritatis habet. Lucus Ferentinæ veluti indictus concilio locus omnes turbas prohibebat, & ſi quis aliquas excitaſſet, id ſuo ſolo damno feciſſet. Cum quo ardore ille cum hoſtibus confliget, qui à reliquis ſociis ſe relictum eſſe metuit? Mihi ut plurimum exercitus placet ex variis gentibus conſcriptus. Raro in illo exercitu ſimul omnes tumultuantur, cum non una omnes eademque lingua utantur, nec mutuo ſe intelligant. Subinde quidem inter ipſos æmulatio quædam

exo-

exoritur, ſed talis illa eſt quæ inſignem omnium concentum conſtituit, modo ab illa æmulatione odium ſit remotum. Et licet ex pluribus quam duabus gentibus ille exercitus conſtet, nihil tamen concentus ob id confundetur, quamvis faceſſat magis negotium ſupremo talis exercitus Imperatori. Vbi una pars tumultuatur, altera quieſcit, & utilitatem aliquam præmium quietis ſperat. Si una hoſtem proſternit, altera idem agere conatur: ignaviæ infamiam utraque metuit. Ita illæ, quot quot ſunt exercitus partes, ad ſtrenue pugnandum veluti gemino ſtimulo incitantur, nimirum gloria & privata uniuſcujuſque, & univerſæ gentis.

Directori chori muſici gravius reliquis onus incumbit: non poſſunt reliqui, niſi ipſorum voces in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ter ſeſe diſſonent, concentum cum ſupremo chori conſtituere: & ubi hoc faciunt, optimum & perfectiſſimum ſimul omnes concentum conferunt. Et Muſices præfecto nihil tum magis arduum eſt, quam ut quaſi in centro ſeſe omnibus æque longe à ſe diſtantibus arbitrum præbere poſſit. Hoc item belli imperatori incumbit; hocque præſtat, dum omnes in unum coaleſcere facit, & ita poſtea non niſi uni, & dum uni, omnibus æqualiter eſt addictus.

Movit Tarquinius Volſcis bellum, "
Sueſſamque Pometiam ex iis vi cepit. "
Prædam ſepoſuit templo in honorem "
Iovis ædificando. "

Erat Tarquinius ſceleratus Princeps, & ſtrenuus belli imperator.

Cum malum per ſe nihil ſit, qui tale durare poſſet, niſi à bono ſuſtineretur? Et hoc fundamentum

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

eſt ac fulcrum peſſimarum rerum hujus univerſi: illi quævis facinora innituntur. Fortitudo bellica nihil ſecuritatis Tyranno præſtat, fovet aliquantulum, & in plures annos Tyrannidem extendit. Non deſinit metuere, qui eo opinionis fuit delapſus, ut dedecori ſibi ducat, metuere Principem, quia imperat, non autem quia dignus eſt imperio. Crudeles actiones omnes peſſimæ ſunt, longe melius autem perferuntur, ſi eas potens & locuples, non egenus Princeps edat. In illo naſcitur imbecillitas ſtipata timore, in hoc ferocia, quam plerumque excipit temeritas. Principi nunquam niſi cum aliqua reverentia inſultatur. Si fortis eſt, ad reverentiam etiam metus additur: ubi autem metus eſt, ibi & reverentiam dari neceſſum eſt; hinc raræ conjurationes. Subditos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ditos, qui patientes Tyrannum ferunt, quamvis eum malum eſſe noverint, ſupremum tamen & Principem eum confiteri oportet.

Fortitudo Tyranni animos ſubditorum ad ſuſtinendam quamvis diritatem confirmat, quemadmodum lapis Bezoardicus cor adverſus quævis mala munit. Aliquando fortibus factis eo virtutis enituntur Tyranni, ut aliquem amorem ingenerent animis ſubditorum; & ubi hoc fuerunt conſecuti, magis quidem ſecuri ſunt, non tamen extra omne periculum conſtituti. Fateor auctoritatis nomine multam ſeveritatem poſſe excuſari, non item vero crudelitatem; & ſi crudelitatem, eam puta, quæ apud milites, non apud cives, exercetur.

Sæviſſimus quiſque Tyrannus ſi ſecurus eſſet à civibus, nunquam melius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

melius eſſet, quam in exercitu. Vitia in civitate intolerabilia tolerantur in caſtris; ſanguinem videre novum ibi non videtur, ubi nihil magis quam ſanguis profunditur. Diſciplina militaris non quidem ſævitiam in Principe requirit, requirit tamen ſeveritatem.

Qui bellum movet Tyranno natura ſua ad ſanguinem profundendum proclivi, auget ejus crudelitatem; quia miſericordiam omnem tollit perpetuus conſpectus tot mactatorum. Crudelis Tyrannus eſt, ne videatur contemtus, & dum quærit, ut laudandus videatur, in ſubditis tollit crudelitatis opinionem. Hinc fit, ut partæ victoriæ ſubinde bono Principi exitio ſint, uſui autem Tyrannis. Ille jam tum ſecurus poſt victoriam ad illa ſcelera patranda inſtigatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

à quibus ipſum timor abſterrebat. Tyranni, jam infames, ſentiunt ſe gloria victoriis acquiſita retrahi à vitiis, ad quæ ipſos impellebat opinio nimii contemtus.

Gabios Tarquinius bello aggreſſus. "
Sed cum obſidendi quoque urbem ſpes "
pulſo à mœnibus adempta eſſet, poſtre- "
mo minime arte Romana, fraude ac "
dolo aggreſſus eſt. Cui negotio filium "
ſuum juniorem deſtinavit, quem Tar- "
quinius ſceleſtiſsimus Regum hoc prope "
modo animavit : "

Tentavimus quidem, Sexte fili, vi Gabinos; nihil autem, nihil in ipſos, niſi arte ac dolo nos poſſe, mihi perſuaſum habeo. Dolus alterum magnarum rerum ſtrenue exequendarum inſtrumentum eſt, ubi primum ac præcipuum eſt vis externa. Dolo vis inferri poteſt jam acquiſitis : vis neceſſaria ad illa defendenda, quæ arte ſunt acquiſita. Solus dolus vanus eſt & infructuoſus, ſola vis

inepta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

inepta. Quam vellem vim nulli rei poſthabere ad reipubl. ſalutem, niſi aliquando langueſceret! Armorum acies tandem obtunditur, poſtquam tot hoſtes iis fuerunt mactati. Qui prudentiam ſolam ſectatur, bonus quidem ſemper erit, non item magnus. Non neceſſum foret, hominibus natura agnatam eſſe libertatem, niſi vel armis vel aſtutia eſſent ſubigendi.

Nulla uſquam gens ſubjugatur, niſi adhibito aliquo ſtratagemate; & hoc laudem ſuam merebitur, quia illius beneficio victoriam reportamus. Fateor, & lubens fateor, deteſtandos illos eſſe qui Tyrannidem introducunt, non autem æque illos, qui jam introductam & ſtabilitam tuentur. Tyrannus flammæ inſtar eſt, quæ in initio fumum excitat, in fine ſplendet, & quo minus invenit, quod reſiſtat, eo clarior fit.

Quod plerique maxime infame credunt vel fama ex victoriis parta, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

benignitate temporis aboletur. Maxima pars Principum jam Principes ſunt, quia eorum majores Tyranni exſtiterunt.

Ad res noſtras augendas non ſufficit, gladio non terreri, niſi pariter ſermones & ſcripta hominum ingenti animo contemnamus. Omnem illi mortales rationem calumniantur, qua ipſis imperatur. Ad comparandam famæ æternitatem omnes noſtras actiones oportet eſſe præclaras. Aeque ingentem nobis acquirimus famam ſive virtute ſive ſcelere, modo ſcelus æque magnum cum virtute ſit.

Philoſophi, quos orbis ſapientes vocat, callidi modo ac doloſi mortales mihi videntur. Miſerrima illa natio eſt, & violentiam calumniatur; abjecta eſt, & in magnos invehitur; pauperrima eſt, & commendat paupertatem. Docent, paucis nos contentos eſſe debere, cum ipſi ubique egeant; & paucis iis contenti

ſunt, quæ poßident; Et hæc pro meris Oraculis venditant, meras virtutes hæc eſſe perſuadere nobis conantur, tantum ut ipſos admiremur.

Omnes homines ita animati ſunt, ut eorum ſinguli ſapientißimi velint celebrari; & niſi id laudis inter viros conſequi poſſunt, inter pueros ſibi quærunt. Quid oſores illi & calumniatores magnarum fortunarum aliud intendunt, quam ut nobis perſuadeant, ſeſe magnos eſſe, cum tamen nihil minus quam magni ſint: otioſi ſunt, umbratiles ſunt & ſquallidi, & tamen decus quodvis ac gloriam ſupprimere volunt, & aſpernari famam maximorum hujus univerſi Principum, quam tot laboribus, & innumeris periculis ſibi acquiſivere. Bella profecto humilitas, qua abjectißimi hujus orbis majores maximis credi volunt & haberi. Cum rerum natura illis maxima controverſia eſt, accreſcere volunt, renitente etiam fortuna. Omnia contemnen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

temnenda eſſe profitentur exceptis illis quæ in ipſis ſunt , cum tamen illa ipſa quam maxime ſint contemnenda. Illas virtutes ſummas dicunt , quarum beneficio tanti volunt exiſtimari. Vnum hoc omnium ingenium eſt, ut quilibet ſuum pulchrum eſſe credat atque jucundum: quilibet eas artes calumniatur, quæ ſibi impedimento ſunt. Illi ad cœlum uſque evehunt manſuetudinem, continentiam, paupertatem ; tantum ut hac ratione magni videantur. Nos *divitias , vim, dolum contra æſtimamus , iiſque efficimus, ut revera magni evadamus.* Omnes *in* Oceano *piſcamur , ſed aliis inſtrumentis utitur qui balenæ, quam qui mugili imponit.*

Ito itaque Gabios, mi fili: ſimula, te transfugiſſe, incuſa patris crudelitatem & intolerabilem ſævitiam; fac, ut optime tibi fidant; æqualem te omnibus ſimula, ſi ad rei ſummam ibi tuto velis eluctari.

Impiis hujuſmodi præceptis, crediderimus, ipſum filii ſui pectus inſtruxiſſe, & infelici obſidione proſtratum animaſſe.

" *Filius obſequitur; Gabios transfu-*
"*git, apud incolas tali modo conquerens:*

Ecce vobis, viri Gabini, filium qui patris crudelitatem evaſit, ut inter lacertos hoſtium tutus eſſe poßit. me veluti victimam in templo crudelitatis voluit immolare. Vbi proprii parentes hoſtes noſtri facti ſunt, neceſſum eſt, uti ex hoſtibus parentes faciamus.

Solitudines, quas in curia fecit, etiam domi ſuæ facturus erat. Nec patriæ, nec filiorum patris nomen meretur: non niſi de ſanguine profundendo ſollicitus eſt: imperium hac de cauſa potißimum amat, ut in eo homines mactare poßit. Imperium in civitate non affectat, niſi ut eam depopuletur. Et certe nec parcet proprio patrimonio, quia Principatus nomen habet.

Cru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Crudelitas ejus foci inſtar eſt, qui conſumit quævis ſibi proxima, ut illis omnibus conſumptis, ſe quoque conſumat. Sanguinem & filii ſui ſitit. Satias ipſum jampridem cœpit cives tantum trucidandi; majorem aliquam voluptatem quærit in magna aliqua & antea inaudita crudelitate.

Filios ſe habere videt, quos ſimiles ſibi credit; eos metuit, quia metuit ſeipſum. Conſcientia horrendorum ſcelerũ ipſum rodit, ſola imaginatio ipſum torquet, quæ non poteſt non niſi horrenda & terribilia quævis repræſentare. Animum ſuum inſtauraturus ad ſolitas ſuas cædes revertitur; & quo plus ſanguine fuit contaminatus, qui à metu ipſum liberare debebat, eo magis ſe ipſum metuit. Neſciret Tyrannus, quid tandem expeteret, ſi poſt tot hominum neces, obliviſceretur, ſe illas intuliſſe. Magna fortuna ſecurum ipſum à ſupplicio quidem reddit, non æque à metu. Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

hunc metum niſi cum vita deponet.

Magis ſecurus, qui hoſtis, quam qui filius Tarquinii *eſt; non tam ſecurum, iis ſe annumerare, qui vitæ ejus clam inſidiantur, quam qui ipſius hoſtes ſunt.* Ne *me metuatis,* Gabini, *quod ſoboles ſim* Tarquinii; *ſoboles parentem non ſemper refert.* Naſcitur *etiam ex duriſſimo ligno vermiculus molliſſimus. Si nati parentes ſuos ſemper referrent, nulla individui veritas eſſet, ſed tantum diverſitas ſpeciei, & ſic mundus deliciis ſuis & pulchritudine, retenta ſemper eadem conditione, privaretur.* Ego *vindex eſſe volo tot fraudium, tot injuriarum, non ſine fato ac nutu cæleſti.* Tyranni *fructuum inſtar ſunt, inſtar ferri ſunt, quæ putredinem ac ferruginem ex ſe producunt, à quibus ipſa poſtea conſumuntur ac devorantur.*

Si natura filiis parentum amorem indidiſſet, etiam indidiſſet brutis animantibus. Sed, quot, quæſo, ſpurii ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

qui eos ſuos patres & credunt & amant, qui revera patres non ſunt? Quod me generaverit, id vel libidini, vel ambitioni, vel delectationi debetur, vel ut familiam ea ratione ab interitu vindicaret. Eſto, quod me generaverit ſolo deſiderio procreandi filium, non me tamen, non me filium deſideravit. Quid, quæſo, illi debeo, qui ut viverem, tantum deſideravit, antequam me cognovit: poſtea ubi cognovit, nihil in votis magis habet, quam ut me velit mortuum.

" *Benigne à Gabinis excipitur. Eum-*
" *que crediderunt, ac ſi cœlitus à Diis im-*
" *mortalibus ipſis datus fuiſſet.*

Tanta fiducia ex tam impotenti deſiderio naſcebatur. Deſiderium ſubinde ex monſtris generatur, quia Chimæras antea fuit amplexum. Qui nimis potenter aliquid concupiſcunt, miſerrime ſubinde decipiuntur. Imo cum aliqua pene ſecuritate falli poteſt, qui ve-

hementer concupiſcit; quod appetimus, contingere poſſe credimus: argumenta nobis ipſis fingimus, ut eo facilius credamus, & per illa argumenta uſque adeo inducimur, ut nos cognitam habere arbitremur mentem illius, qui nobis imponit. Et hic ſæpe ſapientiſſimi etiam decipiuntur, quia objectum à vehementi aliquo affectu repræſentatum trahit hominem ac movet, non aliter ac magnes ferrum. Senſus in quem illud objectum incurrit, ſe nec ratione indigere putat, quia ipſe concipit illud, componit, & diſputat, raro autem videt, noxium illud eſſe ac peſtilens, donec in corpore venenum illud vim ſuam exerens ſentiri incipiat.

"*Nolle ſe ad civilia negotia adhiberi,* "*oſtendit Sextus Tarquinius. Solum hoc* "*agebat, uti belli auctor legeretur.* Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

quum parva prœlia inter Romanos" Gabinoſque inſtituerentur, plerumque" res Gabina ſuperior fuit. "

Ardor hic juvenis Tarquinii propemodum naturalis videbatur, qui frigidos Gabinorum animos non aliter ac fomento effaſcinabat.

Filii patri plerumque ſimiles ſunt, niſi mater diverſi à patris ingenii fuerit. Sextus Tarquinius pejor patre erat, eo quod ex Tullia peſſima fœminarum eſſet natus, quæ malitia maritum longiſſime ſuperabat.

Qui ſemper ſuſpicatur, nunquam fallitur. Prudentes non credunt, niſi quod vident, & de illo, quod vident, ſæpe adhuc dubitant.

Nulla injuria afficitur, quem ſuſpectum habemus, niſi ſuſpicionem propalemus. Quid obeſſe ho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

mini poteſt, nihil credere? cum idem commodum ex illis rebus reportemus, quas credere tum videmur, certi, non credendo nihil ad nos damni redundare poſſe. Simulare ſemper ſeſe credere, idem eſt, ac ſemper dubitare, & ſemper dubitare optimum ad ſecure vivendum præceptum eſt. Solæ res divinæ ſimpliciter credi merentur, nec illarum rationes indagari, quia ſolæ illæ veræ ſunt, nihil ſimulant, neminem fallunt. Illud inculcant, uti nemini mortalium fidamus, quia omnes mendaces ſunt.

Si homines tales ſe gererent, quales deberent, neceſſum haberemus, agere cum ipſis quemadmodum oporteret. Sed quemadmodum corpora corrupta ſalubres cibos reſpuunt, ita corrupti & perverſi mortales, indigni ſunt, qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

quibuſcum candide & ex animo agatur.

Circumſpecti nunquam eo nomine falluntur, quod parum credant; incauti vero creduli ſemper circumveniuntur, quia nimis credunt. Veriſſimum eſt, eum, qui incredulitate recte uti neſcit, tam graviter hallucinari, quam qui nimium credit.

Optime ſecum agit, qui ſemper ſuſpicatur, ita tamen ne omnia temere negligat, ſed omnibus ſecurum ſeſe præſtet. Incredulitas rerum notitiam in nos, non æque neglectum conferre debet. Subinde ad ardua negotia abſolvenda opus eſt, partem actionum fortunæ commendare, quia ſola prudentia non ſufficit ad ſecuritatem comparandam; proinde quædam fortunæ, uti jam dixi, relinquenda ſunt, quia fortuna plerumque cum

pruden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

prudentibus inceptis conjuncta eſt, aut quia prudentiam ſequitur, aut quia prudentes ea melius uti norunt.

Interfuiſſet Gabinorum, ſi Tarquinium ejuſcemodi muneri præfeciſſent, in quo opitulari quidem ipſis potuiſſet, non autem nocere.
"*Gabinos Sextus blande tractabat.*
"*Pariter prædam munifice largiebatur.*
"*Omnibus æqualis volebat videri, ſola*
"*fortitudine major; ſic omnium ani-*
"*mos ſibi devinxit, ut non minoris au-*
"*ctoritatis Gabiis Sextus, quam parens*
"*Tarquinius Romæ eſſet.*

Struthiocamelus, qui pennas tantum habet ad aërem diſſipandum, non ad volandum, ſed fallendum habere videtur. Ferrum ille inglutit quidem, ſed illud crudum ac indigeſtum excernit. Tarquinius hiſtrionis inſtar eſt, qui larvam adſumit, quo Princeps videatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

deatur, non ut talis reapſe ſit. Et quamvis ſit Princeps, non magis vere tamen Princeps eſt, quam vere effigies hominis ipſe homo eſt. Conceſſerimus, ipſum probe noviſſe, quibus modis bonus eſſe debuerit, potuiſſe etiam talem eſſe, modo voluiſſet.

Qui fortitudinem prudentiæ præfert, nulla præter fortitudinem præclara facta æſtimat. Fama boni Principis à talibus ludibrio habetur, quippe ſolam potentiam Tyrannidis affectant; & maximum nominis ſui ſplendorem inde ſe conciliare ſibi opinantur, in quo potiſſimum rumor populi verſatur. Videtur illis, cerebrum tantum factum eſſe ad contemplandas ſcientias, non ut eo potius ad bene feliciterque imperandum utantur.

Peſtilens hæc opinio pleroſque

juve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

juvenum in civitate corrumpit, veram prudentiam in magno ac bellicoſo animo conſiſtere; & profecto niſi ille error animis illorum eximatur, dum quærunt famam fortium virorum, infamia temerariorum potiuntur. Miſerrimus omnium eſt, cui ſine cerebro cor eſt.

“ *Poſtquam ſatis virium collectum ad*
“*omnes conatus Sextus videbat, ex ſuis*
“*unum ſciſcitatum Romam ad patrem*
“*mittit, quidnam fieri vellet? Idem con-*
“*ſilium, quod Sextus Tarquinius filio*
“*ſuo, olim Periander Traſybulo dedit.*
“*rex veluti deliberabundus in hortum*
“*tranſit, ſequente nuncio filii. ibi ſum-*
“*ma papaverum capita ipſo ſpectante*
“*baculo decutiebat.*

Si in prata tranſimus, aut hortos, ſtatim oculos convertimus ad illas arbores, illos flores, qui ſuper alios longius exſtant, eoſq; ſubito

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

recidimus. quippe innatum nobis odium eſt adverſus ſuperbiam, ita ut nullo modo tolerari poſſe cenſeamus, ſive qui ea inſtructus, ſive eam exercet. aut enim mens humana ipſam penitius contemplans veluti diſſonantiam & deforme aliquid exhibet, ut nullatenus poſſit perferri; aut quia ipſi ſic prominẽtes flores facilius decuti poſſunt. Omnes inæquales partes quantum reliquis inæqualiores, tantum ad illas defendendas magis inidoneæ ſunt.

In hortis inæqualitas plantarum noxia eſt, toleranda tamen inæqualitas illius arboris, quæ ob nimiam proceritatem nequit amputari. Herba reliquas longitudine ſuperans abſcinditur; arbor reliquis procerior, cum admiratione ſpectatur. Ita in civitate fieri amat, ubi cives vel plebeji æquales

inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

inter ſe ſunt, reliquis omnibus major, Princeps habetur, qui ſpectari tantum vult & coli, non truncari. Qui vel fortuna vel virtute reliquis ſuperior exſtitit, eo plus ſe diminuit, quo plus ſe reliquis vult æquare.

Facillimum eſt, papaverum capita amputare. Optimates inimici ac oſores illius ſunt, qui major eſt, & illi eo infeſtiores, quo viciniores; vulgus autem, qui Magiſtratus optimatum odiſſe ſolet, magnum aliquem ex privatis reveretur; imo, quia illos odit, hunc amat, qui inter illos major eſt. Et quia placet arboris amœnitas, quia fruitur vulgus proceræ arboris umbra, quia inſtar ſuis illius arboris foliis & fructibus ſaginatur, eã amputari non optat. Quemadmodum corrumpitur arbor, ſi frondes reſcindãtur, vel loco ſuo moti alibi pan-

gantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

gantur (hoc enim fieri nequit, niſi radices prius reſecentur) ita magnum aliquem virum ex urbe pellere, vel minoribus inſerere, quod cum plurimorum interitu fieri ſolet, nihil aliud eſt, quam civitati extrema moliri, niſi prius illius magni vires fuerint imminutæ, illiq; vivendi leges præſcriptæ. Non exuitur auctoritate apud ſuos, qui accreſcit apud exteros. Civitas talem hominem ambit, nec minus talis civitatem; proinde dum civis fieri nequit, cogitare incipit, qui ipſe omnibus poſſit dominari.

Sextus Tarquinius, quid vellet ſceleſtiſſimus parens, facile intellexit; hinc non uno modo primores Gabiorum oppreſſit, alios in exilium egit, alios interemit. Patuit quibuſdam volentibus fuga. bona & interemptorum & exulum inter populum diviſit. Dulcedine hac privati commodi ſenſus malorum

"*lorum publicorum adimebat, donec*
"*tandem de libertate Gabinorum actum*
"*fuit.*

Crudelia illiuſmodi facinora inſtar pilularum ſunt, quæ non facilius inglutiuntur, quam ſi auro ſint involutæ. Tyranni, qui ſatis ſibi ſapiunt, magnifici eſſe volunt ac liberales, amplum ipſis præſidium eſt, quo ſuſtentantur. Verum ſubinde, dum hac via incedere volunt, aberrant, ſcilicet, dum crudelitatem ab avaritia ſejungunt; & ubi crudelitas nondum nata ex avaritia eſt, avaritia ex crudelitate naſcitur.

Boni publici, quod tantopere ubique prætenditur, nomen ſpecioſum eſt, ſi componitur cum privato, alias æque bene ſub bono Principe, quam in Republ. cives ſe haberent.

Philoſophi, qui publico bono com-

commoda privata, quæ bono publico æquivalent, longe præferre conantur, æque ineptiunt ac Medici, qui vini uſum febri laborantibus concedunt. Quod ſemel fuit conceſſum, ſemper exceditur, præſcripta dietæ lex in nimium extenditur, & tandem eo devenitur, ut quod cum certis quibuſdam conditionibus licebat, liberrime & abſolute fiat, inprimis ſi illius rei conceſſæ dulcedine ſenſus noſtri afficiantur. Qui prohibere vult, ne ægri eo utantur, quod valetudini nocet, id primo omnium ex oculis eorum amovere debet.

Optimates, qui Magiſtratum gerunt, obtinente nonnihil libertate, populo ſunt inviſi. excelſum hoc populus demoliri conatur, niſi hoc fuerit perſuaſus, aggeris inſtar ac valli illos eſſe, qui quidem proſpectui nonnihil obſtant, prohi-

bent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

bent tamen aquarum inundationem. Tanta ſimultas plebi cum Senatu intercedit, ut illam non deponat, cum jam ſub Principatum fuit redacta. Et Principibus meo judicio vel ob hoc charus Senatus eſſe debebat, quoniam in illum ceu præfixam metam omnes querelæ à ſubditis conjiciuntur, aut quia invident Senatui magis ceu magis æquali & vicino, aut quia timent minus velut minus potentem. Res omnino nihili eſt, cum populus irarum quidem & indignationis plenus fruſtra Senatui excidium intentet. hoc enim nihil eſt aliud, quam exſerta lancea magno impetu in ſtatuam ligneam irruere. Habet hoc ipſum aliquid commune cum fortuna, quæ nihil magni in hoc mundo edere poteſt, & ſemper execranda eſt, quia malorum fuit patratrix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Tarquinius pacem cum Aequorum "
gente fecit. renovavit fœdus cum Thu- "
ſcis. Inde ad urbana negotia animum "
convertit; eorumque primum erat, ut "
in monte Tarpeio Iovi templum in ſui "
monumentum ædificaret. "

Impii Tyranni ſunt, etiam dum templa condunt. Non enim tam condunt, ut ibi adorent, quam ut ipſi ibi adorentur. Et ratio hæc politica magis eſt, quam ſacra. Impia illa pietas, magnifica templa ædificare ut ipſi magni evadamus, ex ſacris dignitatem prophanam aucupari. Ipſe Deus hic prætenditur, ut eo melius diſſimulemus ambitionem, cupidines noſtras expleamus. Vulgus aliquid cum Chiromantia commune habet. ex manibus Chiromantici de animo judicia depromunt. Quot quæſo ſunt eorum, qui manu aurum Deo offerunt, pectore autem merum cænum?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

cænum? Monumenta ſaxis inſculpta lubrica ſunt, nec poſſunt à temporis injuria vindicari. Fruſtra bonorum nomina marmoribus inſcribuntur, vivunt eorum actiones & conſervantur in animis mortalium in omnem æternitatem. Mali nihil memoriæ ſuarum actionum à lapidibus expectent, ipſum tempus nō melius illis conſulet, quam ſcelerum oblivione.

“ *Aedificato opera plebis templo, ad*
“*foros in circo faciendos & cloacam ſub*
“*terra agendam rex ſe convertit.*

Qui ad ſordidos labores adhibet populum bellicoſum, nihil aliud agit, quam quod eum in ſemetipſum irritet, hoſtibus cum ludibrio & contemtui exponat.

Princeps & ſummum Tyrannidis arcanum eſt, populum habere ſibi devinctum ac faventem. Nec offenditur populus optimatium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

oppreſſione, ſed magis & magis devincitur. Ita comparatum eſt cum rebus humanis, ut rei una pars non poſſit augeri, niſi altera opprimatur; pars quæ non accreſcit, decreſcit. Populi ille genius eſt, illa indoles, ut intendat quammaxime quietem, rerum ad vitam ſuſtentandam neceſſariarum abundantiam & ſecuritatem; nulli inſidiatur aut invidet, ſi ipſe ſecure vivere poſſit. Quod difficile ac arduum in Principatu eſt, hoc in Tyrannide facillimum eſt ac in proclivi: ibi Principi cum nobilibus optime convenit; hic nobiles vel optimates invident, ut ſæpe Tyrannus, qui nullam adhuc exercuit crudelitatem, exercere cogatur.

In illa urbe, in qua plebs pariter cũ magnatibus libertati tuendæ ſtudet, ægerrime dominatus conſervatur, ſi plebi aliquid virium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

rium relinquatur. Videtur, Tarquinium non per artes Tyrannidem ſibi acquiſiviſſe, ſed pravitate naturæ inſtigatum, non uti ſe tam tueatur, quam delectet. Id perſuaſa plebs erat, ut crederet, Tyrannum hunc magis prodeſſe, quam libertatem, inprimis ubi libertas non ſoli plebi propria eſt, juxta Tyrannus vafer eſt ac verſutus. Plebs illiuſmodi non habet, cui amplius fidat, à quo ſibi amplius caveat. Melior illi amicus exiſtere nequit, nec poteſt pejor inimicus. Proinde, neſcio, quis ſapientum exiſtimavit, optime illam rempubl. eſſe conſtitutam, in qua Princeps malus dominatur, & ſedata nondumque corrupta plebs paret. Talis populus coërcet Tyrannum, Tyrannus optimates. Et ſane Princeps nonnihil domitus, populus non corruptus, optimates pene

exhau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

exhauſti optimum regiminis genus conſtituunt.

Dum hæc Romani agunt, terribile portentum viſum fuit. Ecce anguis ex columna lignea elapſus, quum fugam in regiam feciſſet & regem, & aulicos omnes ingenti perculit pavore.

Prodigia, indices rerum futurarum, raro curantur, priuſquam ipſæ res contigerint, & quamvis ad illa attendatur, non tamen intelliguntur. Creditum olim fuit, in ipſis hominibus ſemina fuiſſe relicta virtutis divinatricis. Ego ejuſdem cum illis ſententiæ ſum; vel etiam crederem, moveri adhuc homines ab Angelis, quibus illorum hominum cura divinitus demandata eſt, niſi homines hic totiens deciperentur. valde tamen dubito, dæmones auctores eſſe prodigiorum. Superbus non tantum diabolus eſt, eſt & invidus.

Monſtrat ille quidem futura, ut eo ipſo honorem atque cultum mereatur, non æque vero permittit, ut illa futura cognoſcamus, ne aliquid utilitatis ad nos inde redundet, vel tandem dixerimus ſtellas, quæ minantur, vel pollicentur ſive bonos ſive malos influxus, tum materiam diſponere, vel materiæ formam ſuam introducere, quando in certo aliquo loco, certa re, certo homine multas res, quæ vel antecedunt, vel concomitantur, producunt. quæ res licet non eædem ſint, tamen à ſe invicem generantur. Idem ſidus, quod anguem in regiam profugere fecit, Brutum ad ejiciendum Tarquinium incitavit. Ingentes rerum mutationes, ingentes cœli influxus præſupponunt. Et, ſi rerum eventus cœleſti nutui non ſtatim reſpondet, illud diverſitati non influxuum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

fluxuum, ſed ipſarum rerum imputare oportet. Actiones ab autoribus ſuis non in momento, vel, ſi mavis, in inſtanti præſtantur. Agendi facultas prius eſt diſponenda; ex illa vero diſpoſitione non elucet veritas effectorum, cum incognita adhuc ſit virtus cauſarum. Homines revera non intelligunt caſus rerum humanarum. dum enim rationem conſulunt, vel docte diſputant, rerum naturalium & cœleſtium operationum curam abjiciunt. Digna noſtra temeritate pœna. Subinde intellectum & rationem conſulimus ad rem aliquam aſſequendam, quo tamen intellectus non poteſt penetrare, imo nec audet aliquid intellectus, niſi prius à natura impulſus. Naturæ autem motus inexſpectati ſunt; accidunt, dum de illis nulla ſpes, nullus ſermo eſt. Ad id, de quo

diſſerimus, vix mentem applicamus. Et præter exſpectationem bonum illud eſt, de quo ante diſſertatio inſtituta non fuit.

Hinc ſæpiſſime fit, ut vetulæ ex improviſo bene conſulant, ut infantes vel alii ſtolidi mortales divinent. Et hoc illi cœlo, non rationi acceptum referunt.

" *Tarquinius Delphos ad oraculum*
"*Titum & Aruntem filios ſuos mittit.*
"*His comes additus L. Iunius Brutus,*
"*Tarquinia ſorore regis natus. Hunc*
"*poſt fratrem interfectum non tantum*
"*vivum reliquerat, ſed etiam propter*
"*ſtultitiam, quam ex induſtria ſimula-*
"*bat, filiis ſuis comitem adjunxerat.*

Sæpe ſcelerati homines labuntur, Deo non permittente, ut extreme mali fiant; alias enim hoc univerſum corrueret. Rariſſime tamen contingit, ut mortales nequam cum timore Dei infamiæ

metum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

metum deponant. Nullum pene vitium exſtat, quo ſe non inquinarent, niſi deſiderio cohoneſtandi ſcelera jam tum patrata detinerentur. Interim mali eſſe volunt, & boni videri, & tamen ad meliora ſe non componunt, nedum evadunt meliores. Quantumcunque aliquis à rectæ rationis tramite deflexerit, nunquam cupidinem gloriæ deponit. Quemadmodum ille, qui totus per inſaniam delirat, credit, malum eſſe bonum; ſic illi, qui alias actionum differentias ignorant, præterquam magnitudinem earum & exiguitatem, quærunt aliquando ſibi magnam infamiam, ut ejus beneficio magnam famam conſequi poſſint.

Brutus bene ſciens, ſub Tyranno in" nulla re æque magnam ac in contemtu" poſitam eſſe ſecuritatem, eſſe celebre no-" men non minus periculo expoſitum,"

“*quam infame, in jure & ſapientia ni-*
“*hil ſibi præſidii collocavit, ad ſtulti-*
“*tiam confugit; & eo feliciori ſucceſſu*
“*ſtoliditatem ſimulabat, quia ingenium*
“*ejus ad melancholiam erat proclive;*
“*hinc regi nihil reliqui fecit, quod con-*
“*cupiſceret, nihil in animo, quod ti-*
“*meret.*

Melancholici referunt ex parte inſanos. ubi otiantur, vere inſaniunt, & pene dixerim, brutorum inſtar ſe habent; ſed ubi occupati ſunt, ipſos pro ſapientiſſimis mortalium reputo, imo pro iis, qui bella cum ipſa ſapientia gerunt. Sola melancholia in Bruto dominabatur: & quemadmodum unica nubes cœleſtium luminum principem Solem, ita atra bilis hic obſcurabat omnes artes, & maxima conſilia eludebat. Quivis alius non melancholicus, aut non diſtuliſſet tamdiu vindictam, aut

eam ſtatim ex animo depoſuiſſet. Quemadmodum diuturnus unius cibi uſus naturalem corporis conſtitutionem mutat: ita diuturna ſimulatio hominis animum aliter, quam à natura & primitus fuit, conſtituere poteſt. Vſus enim & conſuetudo hoc præſtare poteſt, ut quod naturale non eſt, inter naturalia numeretur.

Illa melancholia, quæ non fex eſt vel ſpuma, ſed flos ſanguinis, heroës producit; conjuncta cum ſtoliditate ad maxima quævis homines admovet; Foris nullius rei poteſt eſſe ignara, intus & in ſeſe omnem ſapientiæ vim reconditam habet.

Magna pars ſapientiæ eſt, ſub Tyranno ſtultitiam ſimulare. Nec minima illa ars eſt, quæ artem poteſt occultare; quippe arduum quam maxime eſt, ſapientem ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ſtolidum poſſe exhibere ; & niſi hoc obſtaret, quod poſt unam modo actionem larva deponatur, nulla relicta occaſione eam denuo induendi, illa agendi ratio valde tuta eſſet. Brutus in hac re ſummus artifex rei notitiam cum eventu conjungebat ; aperuit ſuo tempore, quando Tyrannus eſſet expellendus. Larvam deponit ultima ſcena ; qua conſpecta quivis ipſi applaudit; ſpectatur enim hoc non niſi in fine fabulæ.

Tyranni minus tuti ſunt ab iis hominibus, qui quævis ſimulant, quam qui libere & ſyncere proloquuntur. Illi in quavis injuria, qua afficiuntur, innocentes pronunciantur ; hi poſt acceptam injuriam occaſionem quærunt illam vindicandi. Principi non minus exitium intentant ſubdoli , quam audaces; æque adulatio ac liber-

tas Principem præcipitat. Nunquam ſatis laudandus ille, qui quod ſentit de Tyranno, ſcripto reliquit, quippe timore libertatis ac odio adulationis adactus: forſan non minus bene ſcripſiſſet, ſi dixiſſet odiſſe ſe libertatem, & adulationem timere.

Accedunt Regis filii cum Bruto ad " Oraculum. Perfectis patris mandatis, " ſciſcitantur, ad quem eorum regnum " eſſet venturum. Ex ſpecu vocem red- " ditam audiverunt; Imperium ſum- " mum Romæ habiturum eſſe, qui pri- " mus illorum oſculum matri tulerit. " Tarquinii rem ſumma ope taceri ju- " bent, & inter ſe, uter prior, quum Ro- " mam rediiſſet, matri oſculum daret, " ſorti permittunt. Brutus, cui optime " conſtabat, oraculum nunquam plane " & ex vero, ſed ſemper ambigue reſpon- " dere, velut ſi prolapſus cecidiſſet, ter- " ram oſculo contigit. "

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Tantum abeſt, ut diabolus ſciat futura; prædicit tantum, quæ ſunt eventura. Enimvero poſtquam dixit, quærit curatque, uti ita fiant. Dum enim hominem in ſuperſtitionem inducit, eum Deo committit, qui animadvertat in illam impietatem. Sic, quod Aſtrologorum divinationibus eventus aliquando reſpondeant, diaboli illud opus eſt, non ſtellarum. Ea enim temeritate Deum noſtrum offendimus, ut permittat fieri, quæ ſuperſtitioſe voluimus divinare. Cupidine ſciendi res futuras agitari, nihil aliud eſt, quam velle eſſe inſtar Dei; quod primorum noſtri omnium parentum deſiderium ſecutum fuit peccatum primævum. Futura qui prædicit, temerarius eſt ac ferox; qui ſcire avet, vanus. Sunt, qui modum præſcribunt, qui bonorum participes reddi queamus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

mus, quæ promittuntur, & mala evitare, quæ nobis intentantur: ſed ſæpe contingit, ut, dum quærimus, perdamus bonum, & dum fugimus, malum inveniamus. Tales ſolum credunt quod concupiſcunt, & niſi invenerint quod deſiderarunt, nihil amplius illiuſmodi rerum credunt. Ita ducuntur præſente ambitione, & inani ſpe futuræ magnitudinis.

Reditum inde Romam cum reſpon- “
ſione, ubi patrem inveniunt adverſus “
Rutulos bellum parantem, & Ardeam “
illius gentis urbem obſidione munitio- “
nibuſque preſſam. “

Hoc agebat Tarquinius, uti poſ- “
ſet, jam exhauſtus magnificentia pu- “
blicorum operum, Rutulorum opi- “
bus ditari, tum præda animos popu- “
larium delinire. Nondum enim *ſibi* “
ſatisfactum pro ſervilibus ſuis mi- “
niſteriis conquerebantur, nec tam “

cloa-

„*cloacam, quam ſeipſos exhauſiſſe.*

Ærarium, per magnificentiam exhauſtum, per ſcelera inſtaurat.

Felices & ſecuras illas civitates quidam dixere Philoſophi, quæ eſſent egenæ. Nimirum hoc volebant, uti propter illam indigentiam procul ab omni invidia eſſent remotæ; quæ nunquam facilius evitari poteſt, quam ſi ſors noſtra digna commiſeratione videatur. Præſtat tamen locupletem eſſe, quam egere. Divitiæ remitti poſſunt, non poteſt æque paupertas. Nihil magis exitio urbi opulentæ eſt, quam propria felicitas, cui nullus non invidet. Hæ ſunt illæ ipſæ res, quas priſci Philoſophi tantopere contemnunt; hæ in ſchola lu-ctum, ſed extra eam & in communi & publica vita riſum excitant. Opes cupidinem quidem ſui producunt, ſed ſimul conferunt ad de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

defendendum ſuum poſſeſſorem. Vbi Principem neceſſitas cogit ad amplificandos reditus, infinitus ipſum impetus capit, adhuc longius, adhuc latius dominandi. Bellum raro facit ad comparandas opes, facit ad comparandam potentiam & magnitudinem. Ibi illi, quod impenditur & conſumitur in acquirendo, non reſpondet quod fuit acquiſitum; ac proinde in bello lucrum ſemper anceps eſt, certa autem jactura.

"*Dum Ardea obſidetur, loco magis, quam acri bello, Collatinus cum aliis juvenibus apud Sextum Tarquinium cænabat. Poſtquam vino incaluerunt, incidit mentio de uxoribus; ſuam quiſque miris modis laudare cœpit. Decretum fuit, uti omnes citatis equis Romam advolarent, veritatis illius rei explorandæ ergo.*"

Vinum mentem noſtram turbat,

bat, quippe in cerebrum crudos ac denſiſſimos vapores tranſmittit. Nec finem illi vapores faciunt meditationum, quas vulgo phantaſias vocant, quia humidi ſunt ac fluxi. Nec minus excitant, quia calidi ſunt, & tum inter ebulliendum turbantur. Hinc fit, ut multa inania verba effundamus, nihil autem conſiderate, nihil cum ratione agamus. Vnicum hunc uſum vinum habet, quod depromendum curet quod in intimis cordis receſſibus fovemus; non autem propterea cujuſque indolem præbet inſpiciendam. Vbi deeſt ingenio debita frigiditas, ibi rarum eſt de rebus judicium; nec diſſeritur, ubi competens ſiccitas deſideratur.

Nimis faciles ſunt viri ad credendum id, quod in fœminis videtur commendandum; aut viri de illis ſibi optant & pollicentur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

quod revera non habent, aut tales ſibi comminiſcuntur quales optant, aut ſingularibus illarum dotibus ineſcantur, quibus res neceſſariæ nunquam ſolent eſſe deſtitutæ. Perſuaſerim mihi, ſi de fœminis id, quod revera in illis eſt, ſciremus, & non temere crederemus, quod neutiquam eſt, nos præſcripta conjugalis pudicitiæ mitigaturos eſſe, & majorem fœminis licentiam conceſſuros, vel ad illa ſervanda fœminas rigidius adacturos. Quotidiana hujus univerſi metamorphoſis facit, ut illarum paucæ bonæ ſint, & propter ſingularem dotem ſingularum, quilibet maritorum credit, ſuam inter illas bonam eſſe; Quemadmodum videmus, maximam noſtræ felicitatis partem à credulitate proficiſci, quæ in eo conſiſtit, quod magis credamus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

quam tales revera eſſe enitamur.

Nemo, ne quidem ſobrius de uxore ſua ſermonem inſtituere deberet. Nam ſi male de fœminis loquimur, nos ipſos culpamus. Quippe magna culpæ pars in maritum recidit, qui malam habet uxorem. Qui commendat ſuam, inſidias aliorum in ſe provocat. Alios enim inflammat, illicito amore & ſpe potiendi ſuæ. Velle quidem poſſunt viri, ut & alii ſciant bonum quod in fœminis habent, ſed dum hoc agunt, ut alii ſciant, illi ipſi eo bono frui volunt. Fateor bonum omne, quod revera tale eſt, eſſentia ſua cum aliis debere communicari, & ubi communicatur, accreſcere & propagari; Sed illud bonum, quod non tam bonum, quam ſpecies tantum boni eſt, dum communicamus, plane amittimus. Laudem, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

res quæ in nobis ſunt, merentur, licet deſiderare, quia domeſticæ illæ ſunt, & nequimus illis privari. Vitare contra decet res, extra nos conſtitutas quamvis noſtras, cum iis exui queamus. Laus deſiderium excitat, deſiderium efficit, ut id, quod noſtrum eſt, amittamus. Mirari ſatis illos non poſſum, qui ſua ſibi invideri, conqueruntur, & tamen omnibus ſuis actionibus invidiam ſibi conciliant. Conceſſerim, ſummopere nos lætari ubi id poſſidemus, quod ab omnibus commendatur.

Quemadmodum Philoſophia, ut exploraret vim & vigorem ingenii humani, illi plus honoris atq; gloriæ decrevit, quod plus præſtat & operatur: ita natura, ut temperaret guſtū inter ſenſus externos, maximo eum periculo expoſuit, in quo maximam voluptatem collocavit.

Poſt-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

" *Poſtquam Romam fuit ventum, in-*
"*de Collatiam pergunt, ubi Lucretiam*
"*haudquaquam ut regias nurus in con-*
"*vivio luxuque tempus terentes, ſed ſe-*
"*ra nocte, lanæ deditam inter lucubran-*
"*tes ancillas in medio ædium ſedentem*
"*inveniunt. Et illius certaminis palma*
"*Lucretiæ debebatur. Maritus victor*
"*comiter regios juvenes invitat. Ibi Sex-*
"*tum Tarquinium mala libido non mi-*
"*nus à pulchritudine quam ſpectata ca-*
"*ſtitate excitata cepit.*

Oculi laſcivorum pudicitiam expugnant, non aliter, ac oculi baſiliſcorum homines necant. Libidinoſi ab omnibus ſenſibus ad libidinem incitantur, etiam ab ipſo intellectu. Incitantur à formoſitate, nobilitate, moribus, cantu. Inter ſenſus quam maxime tactus ad libidinem incitamento eſt. Et, quod dolendum, ea virtus, quæ virtutum pene princeps, ipſa caſtitas,

tas, libidini maxime contraria nos ad libidinem inflammat. Ita virtus uſque adeo amabilis eſt, ut etiam ipſum vitium eam appetat & admiretur.

Qui ſcripto prodiderunt, fœminas proſtitutæ vitæ amatoribus ſuis in univerſum bene velle, præterquam bonitati eorum ingeniorum, falſi ſunt, aut ego ipſe enormiter fallor. Tales enim meretriculæ ſanam mentem & rerum omnium notitiam amatoribus ſuis precantur, præterquam illius, ſe eſſe impudicas.

Facile neceſſitati naturæ ſatisfieri poſſet, niſi homines neceſſitatem ſibi imponerent, ſatisfaciendi illi affectui, qui neutiquam eſt neceſſarius. Quid opus eſt veſtitu precioſo? Quid opus magnificis palatiis, dapibus, omnis generis cupediis? Quævis veſtis cor-

pus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

pus tegit, quodvis ædificium à cœli injuria defendit, cibus omnis nutrit. Neceſſitatem in luxum convertimus, ut delectemur, ubi potius de debilitate naturæ conqueri debebamus. Non videtur, nos unius affectus deſiderium omnino poſſe explere, ubi reliqui ſenſus nihil concupiſcunt. Nunquam voluptatem aliquam cupimus, quin ſimul ambitio ad eam aliquid conferat. Nullum vitium terminum ſibi ponit. Nec hoc rerum naturæ imputandum eſt. A vitiis enim alienus eſt ac remotus, qui ex naturæ præſcripto vivit.

" *Paucis interjectis diebus, Sextus*
"*Tarquinius omnibus ignaris, uno ſti-*
"*patus comite Collatiam venit. Vbi co-*
"*miter à Lucretia nullam fraudem me-*
"*tuente fuit exceptus, & poſt cœnam in*
"*hoſpitale cubiculum deductus, jam*
"*tempeſta nocte, cum crederet omnes eſſe*

ſopi-

ſopitos, ſtricto mucrone ad dormien-“
tem Lucretiam venit, ſiniſtra manu“
pectori ejus impreſſa minas precibus“
miſcet. Hic, qui ferro ſatisfacere cru-“
deliſsimis affectibus iræ aſſuevit, pari-“
ter ferro tenerrimum affectum vene-“
rei amoris expugnare conatur. Vbi Lu-“
cretiam nec minis, nec precibus com-“
moveri poſſe videt, ubi videt Lucre-“
tiam malle mortem, quam ſe Tarqui-“
nium amplecti, ubi videt pudicitiam“
illi longe chariorem eſſe, ad prius in-“
cuſſum metum, majorem adhuc ipſius“
ignominiæ adjecit. Nimirum mina-“
batur, ſe Lucretiæ poſt ablatam pudi-“
citiam interficiendæ jugulatum ſer-“
vum in lecto appoſiturum, ut in ſor-“
didiſsimo adulterio necata videretur.“
Sic minis infamiam ſpectantibus ad“
expugnandam caſtitatem Tarquinius“
uſus fuit. His armis pudicitiam Lu-“
cretiæ aggrediebatur, quibus illa ute-“
batur ad eam defendendam. Terror“
tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

"*tandem muliebrem animum vicit.*

Quod me ſpectat, lubens crediderim, conſenſiſſe in adulterium Lucretiam metu mortis adactam. Magis enim metuimus mortem, quæ nobis ab aliis, quam quæ à nobis ipſis infertur. Et ſi hæc mea ſententia falſa eſt, quam maxime admiror, illos, qui Tyranno parent, vel deſperatione, vel tædio illiuſmodi vitæ violentas ſibi ipſis manus inferre. hi cum nec poſſent nec vellent vivere, quare mortem Tyranno non intentarunt? Id periculi, cui tum ſeſe commiſiſſent, non gravius fuiſſet eo, quod vel non poterant evitare, vel propulſare non audebant. Præmium, quod ex nece Tyranni exſpectandum erat, ſpes eſt vel honeſtæ vitæ, vel ad minimum glorioſæ mortis. Tantum abeſt, ut metus tormentorum deterreat aliquem ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

illo incepto. Nullum terribilius morte tormentum eſt. Mortem ſibi illaturus ſi non metuit, nihil habet, quod metuat in hoc univerſo. Omnia morte præveniri poſſunt. Natura rerum non adeo iniqua fuit, ut, quæ arbitrio noſtro non reliquit in tantum vitam noſtram prorogare, quantum ipſi velimus, item non reliquiſſet noſtræ voluntati liberum, mortem nobis conſciſcere, ubi ſic expedire videtur. Si vivere nequit, qui non reſpirat; ſi non reſpirare amplius, in poteſtate noſtra & arbitrio poſitum eſt, nullus vivet, qui amplius vivere nolet.

Liceat itaque mihi dicere, terribiliorem illam mortem eſſe, quæ nobis ab aliis, quam quæ à nobis ipſis infertur, &, quod amplius, majoris animi, quamvis minoris periculi, illud opus eſt, interficere

alios,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

alios, quam ſemetipſum. Alios interficere non niſi audaciſſimus poteſt; ſe autem interficiunt homines, vel deſperatione, vel aliqua inſania adacti. Generoſo animo nihil invium eſt, nihil præcluſum, ad obtinendam glorioſam mortem. Non niſi puſiones & degeneres fortunæ concedunt; cum fortuna invictus & generoſus animus ad extremum uſque ſpiritum intrepide confligit. Quot fœminæ ſibi ipſis mortem conſcivere, quæ ne auſæ quidem fuere neces aliorum ſpectare, aut ferre truculentum hominis aſpectum? quot de præaltis rupibus præcipites ſe dedere? quot in paludibus ſeſe abdiderunt? quot aquarum undis ſubmerſæ, tantum ut effugerent atroces manus tyrannorum?

"   *Interim Tarquinius omninò lætu*
"*veluti victor ac triumphator inde pro*

fectus

fectus. Lucretia mæſta manſit. Nun-“
cium Ardeam ad maritum, Romam-“
que ad patrem mittit, ut cum ſingulis“
fidelibus amicis veniant; ita maturato“
factoque opus eſſe; incidiſſe rem atro-“
cem. Pater Spurius Lucretius cum Pu-“
blio Valerio Voleſi filio, Collatinus“
cum Iunio Bruto venit. “

Quos reduces triſtiſſimis hiſce verbis Lucretia fuit allocuta; Quid infeliciſſima ego agerem, quid agerem ego infortunata? Si necari me paſſa fuiſſem, ut pudica viverem, credidiſſetis me necatam fuiſſe, quod fuerim impudica. Iniquiſſimam legem caſtitatis, quæ innocentes & vere ſua protegere non poteſt. Lex hæc non cælitus ad nos, ſed ex orco proveniſſe videtur. Ego, quæ omnibus pudicitiam meam comprobare enitebar, gloriæ magis, quam pudicitiæ vacavi, & dum famam pudiciſſimæ fœminæ anxie quæſivi, cum infamia facta ſum impudica. Morte gravius malum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

eſſe vix credebam, credebam omnia mala, omnes calamitates morte poſſe præveniri. Nihil omnino metui, quia mortem non metui. Vitam morti præferre debui, uti famam pudicitiæ conſervarem; pudicitiam amiſi, quia adhuc ſuperſtes ſum. Mori optarem, ni ex morte ignominiam reportarem, à qua tamen quam longiſsime abſum. Sed qui ſic? Si me interimo, me ipſam erroris convinco. Tyrannus, non mala conſcientia, me occidat. Si ſupervivam, me in adulterium nimio vitæ deſiderio occæcatam conſenſiſſe, credetis. Me omnium, quotquot Sol unquàm vidit, fœminarum miſerrimam! Sive vitam, ſive mortem amplectar, tamen non poſſum innocentiam meam comprobare.

Anima hæc mea, Collatine, quæ ſola pudicitia delectabatur, abhorret ab hoc corpore, quod jam contaminatum eſt ac pollutum, utque tota tua ſola ſim, non poſſum amplius illam partem tolerare,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

rare, quæ non poteſt eſſe tua ſola.

Non me ſceleſtus ille proſtravit, Lucretiam non proſtravit; erat cadaver. anima enim ibi non fuit, nec potuit contaminari, quia non conſenſit. Animo & voluntate, non corpore delinquimus. Mortem me meruiſſe faterer, ſi me deperiiſſet, ſi culpam mihi impingeret, quamvis inſonti, ſe provocatum à me fuiſſe ad amorem.

Deteſtanda formoſitas, perniciosiſſimum inſanæ noſtræ mentis deſiderium! illi non prodes, quæ te poſſidet, niſi quod cures, ut illa ab aliis deſideretur, qui ea carent! Lubrica & vana corporis pulchritudo, quotiens æternam animi pulchritudinem ac divinitatem corrumpit! adeo ut cum impuro corpore vel peccet, vel peccare cogatur.

Sed quid quæſo impulit ſceleſtiſſimum mortalium ad hoc facinus audendum? Forte caſtitas, quam in me majorem, quam in aliis deprehendit. Sanctiſſima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

caſtitas, ad libidinem jam accendis, & quæ defendere debebas, ipſa offendis! Coercere libidines debebas; ad furorem, ad vim impellis!

Cor ejus, quod hoſpitium eſt crudelitatis, non poteſt niſi innocentes mactare, pariter receptus eſt libidinis, qui ad libidinem ipſum non inſtigat, niſi adverſus caſtas. Non ex animo Tarquinii hoc potiri volunt, quod concupiſcunt, quia hoc ſolum quærunt, uti vi omnia peragere poſſint. Fulminis inſtar ſunt, quod vim ſuam in eo quam maximè exerit, quod maximè reſiſtit.

Quò infeliciſsima ego me convertam, ut adverſus Tarquinium excitem vindictam? Num ad domum regis, ex qua hæc calamitas mihi enata eſt? an ad meam, quam ipſa ego offendi? Vos Deos hoſpitales invoco ac obteſtor! Sed quid obteſtor? Ipſi ſcelus hoc permiſiſtis. Diræ, quotquot eſtis, caſtitatem meam vindicate; ſed quid veſtram opem imploro,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

quæ Tarquinium ad facinus hoc patrandum ipſæ juviſtis!

Per me ipſam, mea morte illud ſcelus vindicatum ibo. Plus vindictæ de inimico morte mea, quam longæva vita ſumam.

Emori volo, non ut delictum meum excuſem, ſed ut ipſius exaggerem. Nec propterea, quod deliquerim, ſed ut oſtendam, minime ab humanis affectibus ſeduci, qui ſponte & conſulta ratione è vivis ſe ipſum eximit.

Emori volo, ne vivam calamitoſis & iniquis his temporibus, quæ ignominioſam & infamem vitam reddunt, in quibus ſummum infortunium eſt, natam fuiſſe. Mors mea componet nonnihil & tranquillabit animos veſtros, accendet magis & magis vindictam mei; & quæ non ſum victura exemplo impudicis fœminis, mortua exemplo ero iis, quarum pudicitiæ vis fuit illata.

His talem propemodum in modum "

"*finitis, cultrum, quem ſub veſte abdi-*
"*tum habebat, in pectus defigit, prola-*
"*pſaq; in vulnus moribunda cecidit.*
" *Adſtabant pater & maritus, fru-*
"*ſtra lachrymas in corpus interemtæ*
"*profundentes, dolebant caſum magis*
"*quam naturalem. Debuiſſet potius*
"*Lucretia ipſos ad iram, debuiſſet ad*
"*vindictam commovere, non ad miſe-*
"*ricordiam, non ad inanem mæſtitiam.*
"*Brutus reprehenſis illorum lachrymis,*
"*cultrum ferociæ & vindictæ plenus ex*
"*vulnere Lucretiæ extraxit. Iurare o-*
"*mnes præcipit, ne conquieſcant donec*
"*ejecerint Tarquinios, nec illum am-*
"*plius Regem Romæ patiantur.*

De Tarquinio interficiendo nullam hic Brutus facit mentionem. Iuſto minor vindicta erat, quia non ad vitam uſque tyranni ſe extendebat; jurare ipſos tantum voluit, ſeſe Romæ non amplius paſſuros regiam poteſtatem. Nimia vin-

vindicta erat. Brutus in id invehitur, quod extra omnem culpam conſtitutum eſt. Brutus, cui non tam vitium regis, quam regia poteſtas exoſa erat, non de interficiendo, ſed pellendo rege cogitabat. Potiſſimum ipſi erat, Romam in libertatem vindicare, non ulciſci injurias Lucretiæ illatas.

Qui ſimul prudens ac fortis eſt, ille in rebus acquirendis omni ſuo affectu uti novit. Tantum vindicat, quantum ex re ſua atque uſu eſſe putat. Summam ſtoliditatem credit, omnes fortunas & ipſam vitam, in interficiendo uno, periculo exponere. Et quamvis ipſum interfecerit, nullam aliam meretur famam, quam quod vindex extiterit injuriæ illatæ.

Funeſtus hic Lucretiæ caſus, occaſio tantum fuit, non cauſa motus excitati adverſus tyrannum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Brutus cadaver Lucretiæ in forum deferendũ curabat, quemadmodum auctores tradidêre. Crediderim, ipſum hoc facinus primum nimium exaggeraſſe, & in medio orationis curſu cadaver populo jam pene perſuaſo exhibuiſſe. Et profecto niſi hoc modo fuiſſet uſus, uti debuiſſet. Quod oculis ſpectamus, movet magis & afficit, quam quod audimus. Et in laude vel vituperio cujuſcunq; rei à minimo ſemper inchoare decet, poſt ad majora tranſire. Incredibile dictu, quantum in caſu tragico commovere homines poſſimus, ſi de eo ſatis verborum primo faciamus, mox quod diximus, oculis auditorum exponamus. Pauci à lachrymis tum poſſunt ſibi temperare; omnes commiſerantur, mox indignantur, ſæpiſſimè in furorem agitantur.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

In Republica nihil magis noxium, nihil peſtilentius eloquentia eſt. Præcepta rhetorices exuri deberent, & qui ea tradunt, proſcribi, niſi natura ad ea magiſtra eſſet. Peſſimum membrum civitatis homo prudens eſt, qui cũ fortitudine facundiam conjunctã habet.

Ferociſsimus quiſque juvenum cum "
armis adeſt. Inde pari præſidio relicto "
Collatiæ ad portas, cuſtodibuſq; datis, "
ne quis eum motum regibus nunciaret. "
Cæteri armati duce Bruto Romam "
profecti; ubi eo ventum eſt, ex omnibus "
urbis locis in forum curritur. Brutus de "
commiſſo à Sexto Tarquinio adulterio "
hunc forte in modum oravit: "

Quamdiu, Viri Romani, quamdiu rapacem, crudelem, ac libidinoſum tyrannum perferetis? In quam ſpem filios veſtros, in quam ſpem filias educatis? Cui opes, cui divitias conditis? cui aſſervatis? An tyranno, qui eas rapiat?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Inanis metus eſt, hoc patienter ferre, quod mutari poſſit, & inſania, talia timere. Qui fugit mortem, eam invenit; qui morti magno animo obviam procedit, fugat.

Portentum naturæ tyrannus eſt. Si cum aliis hominibus rem habet, iis non niſi mala intentat. Nihil ex re ſua, quod non male factum. Sub tyrannis nec optimi, nec peſſimi poſſunt eſſe ſecuri. Tyrannus æquo amore odioq; vel virtutem bonorum, vel malorum vitia proſequitur. Vbi videt, ſe nec timeri, nec odio haberi, omnem metum aſpernatur.

Apud barbaros, qui non animi, ſed corporis ductum ſequuntur, qui ratione quidem æque ac nos præditi ſunt, ſed non æque utuntur, quibus ſervitus imperium eſt, libertas ſervire, regia poteſtas quam maxime ſtabiliri poteſt. Populi quidam ſunt, qui ſe tum maxime liberos eſſe credunt, dum onus imperij ſuſtinere non coguntur.

Natu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Naturæ inſtinctu libertatem appetimus, fugimus ſervitutem. Vtrumque brutis agnatum. Et homo infra ſortem irrationalium animantium ſe abjicit. Ipſa bruta ſpernunt ſubinde, quod ſenſus afficit ac titillat, modo frena poſsint evitare: homo autem dum negligit melioris ſui partis uſum, in fœdam ſervitutem præcipitatur, quaſi gratius externis ſenſibus eſſet ſervire.

Summus architectus divinam omnibus ejuſdemq; dignitatis particulã, animam inſpiravit; corpora ejuſdem materiæ, ejuſdem luti pariter omnibus contigere. Et quamvis Deus unam ſpeciem magis, quam alteram dotare voluerit, non tamen propterea ejuſdem ſpeciei unum individuum, ſpretis reliquis omnibus, decoravit. Cur, per Deos immortales, unum majorem omnibus credemus, quem ne natura uni quidem prætulit?

Quid rei Tarquinium eſſe putatis? Homo eſt, homo, cui ejuſdem dignitatis

& com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

& commune cum noſtris cerebrum datum eſt, niſi quando ejus cerebri mandatis magis, quam aliorum paremus. Potentior ille vobis non eſſet, niſi morem gereretis. Proinde vobis liberum eſt, num vos veſtráſq; vires ipſi unius cerebro volentes ſubmittere velitis, dum non eſt, qui imperat.

Qui parere recuſat regi, qui melius in ſeipſo aliquid habet, quam videtur, in pœnam temeritatis parere cogetur illi, qui palam id exercebit, quod de illo nunquam credidiſſet.

Si Reipubl. propria libertas eſt, utiq; regno propria ſervitus erit. Eóq; ſervitus magis execranda, quo magis voluntaria eſt. Imò deteſtandus magis eſt, qui ob egeſtatem ſervit, quam qui cogitur ſervire externa vi & neceſſitate adactus.

Quando audacia opus nobis eſt, non ad patientiam eſt confugiendum. Illâ generoſi animi ad ſublevandam vim neceſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ceßitatis veluti inſtrumento utuntur, unde etiam vires ſuas multum adaugent. Alias enim ignavia illa eſt, niſi in tempore rebus noſtris patientia conſulamus, uti aliquando in tempore illam deponamus.

Quid operimini? An mortem ſenis annorum regis? An ſpem aliquam in filium ſucceſſorem collocatis? Non crediderim. Raro Principi bono melior ſuccedit, ſuccedit ſæpißime malo peßimus. Et ita cum rebus humanis comparatum eſt: Malum quodvis ac noxium natura ſua fœcundum eſt, bonæ frugi in dies aliquid decedit. Quis meliores reddet juvenes Tarquinios ſuo patre. Impius eos pater genuit, peperit impia mater. Tyrannus eos educavit. Nati ſunt in domo regnatrice ad majorem ſuperbiam, ut premant eos magis, quos fortuna ad ſublimem dignitatis gradum evexit. Illi juvenes adverſam fortunam nunquam recordari poterunt, nedum timere.

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Qui dicunt, bonos Principes à Deo precibus noſtris impetrari debere, & qualeſcunque illi fuerint, tolerari, præceptum dant ad vivendum, non autem ad bene vivendum; dignum non liberis hominibus, ſed mancipiis. Nec illud tam ſpectat bonos ſubjectos, quam ignavos. Princeps, qui bonus evadere nequit, expellendus eſt. Minime illum tolerare licet, quem patientia noſtra in dies pejorem reddit.

Tam perverſus eſt hic mundus, ut amplius nullus inde bonus Princeps poſſit ſperari. In Principe jam temporis non prudentia, ſed aſtutia æſtimatur, reliqua juxta habentur. Et mundum hic ſupplantat mutatio vocum, quibus res exprimamus. Bonitas ignavia appellatur; Tyrannis politica audit. Eo major Princeps creditur, quo magis imperium ſuum & autoritatem auget. Semper ad incrementa attenditur, nunquam ad modos incrementorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Credite mihi, cum morte Lucretiæ non una extinximus libidinem regis. Eam ad majora ſcelera invitabimus, niſi in eam, ut decet, animadvertamus. Aliorum calamitates exemplo hic vobis ſunto; vel ſufflaminat infortunium, vel ſibi optime conſulit, qui ex alienis periculis ſapit. Sapit ille magis novitque, qui varios rerum eventus expertus eſt. Qui ex alienis malis diſcit, quo reliqua indoctior, eo felicior eſt.

Agite, concedamus, timendum Principem ſemper eſſe, quia reliquis major eſt. Sed, certe, minus malum eſt, ſubito mori, quam inter perpetuum tremorem vitam tranſigere.

Ne præbeatis vos, veſtrumque ſanguinem amplius ad occupandas vel augendas civitates, quæ alterius ſunt, cum ex illa veſtra virtute mera vulnera, meras cicatrices reportetis. An ignoratis, vos populos ſubjugare tyrannidi Tarquinii? An neſcitis, vos expugnando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

aliorum libertatem, propriam ſervitutem deteriorem facere atque graviorem? Lignorum inſtar eſtis, qui ſemper creſcere amatis, uti cremari poßitis atque conſumi.

An non pudet vos, an non pudet, manus veſtras, quæ victoriæ & perpetuis triumphis coram Dis immortalibus in Capitolio adornandis adſuevere, jam ſordidißimis laboribus occupari, occupari in expurgandis ſubterraneis cloacis?

Amabo, lectißima civium corona, non amplius veſtri ipſorum ignorantia vobis imponatis. Cogitate vires veſtras, cogitate virtutes. Magna moliturus à nulla re magis, quam mora impediri ſolet. Ecce vobis, qui præire vos decrevit. Sequimini modo. Non deerunt, qui ſequantur veſtrum exemplum. Prima adverſus Tyrannum molimina difficilia ſunt. Iam autem moliri, vincere eſt. Solus qui incipit, cum difficultate nonnihil colluctatur; poſtquam vero ſuſcepit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

pit, eum omnes ultro ſequuntur. Eadem vobis omnibus ad expellendū Tyrannum mens eſt, idem animus. Sed hoc non apparet, quia non idem omnibus ardor eſt, eadem virtus. Dux ego veſter ero in expellendo rege, ſocius in mutanda Republ. in ſubeundo quovis diſcrimine primus, ultimus in felicitate.

“ *His, atrocioribuſque Brutus incen-*
“ *ſam multitudinem perpulit.*

Quem partium noſtrarum eſſe cupimus, nulla re magis, quam ſpe libertatis ineſcamus. Has undas, quam tranquillæ etiam fuerint, nullus ventus agitare poteſt, poteſt ſolum nomen libertatis. Neſcio num illa vox de libertate præconis ſit, cujus vis non in ea, ſed extra eam conſiſtit; neſcio, profecto, quid illa rei ſit. Si libertas denotat, id facere, quod alius vult, ad licentiam via recludetur, & ſic peſſimum erit illud regimen, quod maxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

maxime liberum eſt. Si deſignat, facere quod decet, non conabitur eam diſtinguere à Principatu, in quo non minus, quam in Republ. juſtum æquumque locum habet. Si hoc vult nomen libertatis, poſſe aliis imperare, tanto minor in plebe eſt, qui paret, quanto plures exſtiterint plebis dominatores. Chimæra libertas eſt, qua uſque adeo inducuntur homines, ut ad finem pravas ſuas cupiditates perducere velint: ſed ſubinde per illius blanditias duriſſima ſervitus imponitur.

Profuit Bruto opinio de ſua ſtoliditate concepta. Miraculum erat, ita illum loqui poſſe, qui antea nihil plane loqui poſſe credebatur. Tanto major virtus voci ejus poſtea inerat, quanto ineptior antea & ſtultior habebatur. Nec ſuſpicabantur auditores artificium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

dicendi in Bruto, ſed illud ſoli naturæ adſcribebant. Illi, qui ubivis propter ſapientiam ſuam celebrantur, ſapientiam ſuam oderunt. Aut enim non auditur, quod dicunt; aut non expeditur, quod auditum fuit. Verba omnia, omnes voces rebus ſpeciem prætexunt. Ratio illa, qua aliquid demonſtramus, vulgo dolus creditur, non vis veritatis; quaſi vero ſcientia tale quid eſſet, quo oculi effaſcinarentur. Hæc inſania, quæ ſapientum conſiliis fidem detrectandam eſſe clamat, tot homines, tot familias, tot Reſpubl. atque regna evertit.

Inde Brutus in caſtra profectus. Eo- "
dem tempore (ſed diverſis itineribus) "
quo ab exercitu Tarquinius non ſine "
applauſu & gratatione excipitur, Tar- "
quinius Romam venit. Cui clauſæ por- "
tæ, & exilium indictum fuit. "

Facile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Facile Tyranno, qui extra urbem eſt portæ claudi poſſunt; difficile vero, eum expellere, ſi intra mœnia continetur. Pro arcano olim habitum fuit neſcio cui verſutorum Tyrannorum, idq; litteris ab aliquo ſcriptore conſignatum, Principi non omittendum eſſe caput rerum.

Qui in Republ. majorem reliquis potentiam uſurpat, turbarum initia facile videt; & quia plerumque initia illa debilia ſunt, facile ille ſiſtit vel impedit, qui & in tempore & magno animo obviam iis procedit.

Rerum quædam in hoc mundo inſtar fumi ſeſe habent, quarum initia parva, fines autem ampliſſimi ſunt: quædam, inſtar ventorum, principia magna habent, & cum imbecillitate finiuntur. Ab illis tutum ſe præſtat, qui illarum ſucceſ-

ſucceſſum ſufflaminat, quantum poteſt: ab his, ſi eas libere, quantum volunt, furere ſinat. Et quemadmodum illæ perpetuæ eſſe poſſunt, ſic hæ ſub ipſis initiis evaneſcunt. Melancholici nati ſunt ad quævis difficillima exequenda. Senſim enim & per gradus quævis acquirunt. Cholerici vero omnem vim ſuam ſtatim in principio effundunt.

Tarquinius rex duobus tantum filiis ſtipatus exulatum in Etruſcos ibat. Sextus filius, minimus natu, Gabios, tanquam in ſuum regnum, profectus. Sed à Gabinis non, uti ſolebat, exceptus, verum interfectus eſt. ““

Tyrannus vel in faſtigio rotæ, vel in ejus imo hæret. Nunquam in medio ejus fortuna ſpectatur, ubi poſſet pedem figere. Rota ubi leviter in gyrum acta fuit, præceps ſtatim labitur. Gabini, qui Sextum olim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

olim veluti agnum in fugam actum receperunt, jam recipiunt, non ut ſervarent, ſed occiderent. Eo ipſum fata reducere volebant, ubi cædibus & rapinis conciverat ſibi omnium ſimultates. quippe illi populi, quos vexaverat, optime injurias poterant ulciſci. Fugit eum Sextus, à quo exactus eſt, & eo ſe recipit, ubi trucidaretur.

Confugit Sextus Gabios, poſtquam perdiderat omnes vires, eamque exiſtimationem, cujus beneficio magni fiebat & metuebatur; recepit ſe Gabios, cum crederet, ſe amatum potius, quam toleratum ibi fuiſſe, ſe nondum perdidiſſe illam virtutem, qua omnes ſibi devinciebat.

Tyrannus, cui adulamur, amari ſe opinatur. Putat, prudentiæ ſuæ deberi, quod tanti æſtimetur; propterea omnes illos pellit, quos odit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Vbi ab omnibus reverentiam ſibi videt exhiberi, eam mereri ſe putat, ignorans, eam ex ſua crudelitate, non ex meritis naſci.

Et qui quæſo facilius mortales capi poſſunt, quam per ambitionem? Quam facile homines ſibi fingunt & imaginantur talia merita, qualibus honorem deberi credunt? Et licet aliquando nihil tale in ſe inveniant, quod commendari meretur, ita tamen ambitione obſeſſi ſunt, & effaſcinati, inprimis ubi delata reverentia vera, non ficta eſt, ut potius inducantur ad illis credendum, quam ille, qui reveretur. Ita ipſe qui inſidiatur, decipitur.

Ambitio affectus omnium longe maximus eſt; non niſi cum ipſa anima deponitur. Æque bonis ac malis familiaris ac venerandus, etiam illis, qui neutiquam eam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

amplecti, ſed deteſtari potius vi-
dentur. Obſequia, reverentia,
genuum flexiones incantamenta
ſunt, ſunt adulationes. Et quæ pe-
dibus præſtantur, deteriores illis
ſunt, quas ore mortales profiten-
tur. Eo enim magis licere viden-
tur, quo magis ſunt occultæ. Tan-
dem illiuſmodi honor exitio Prin-
cipibus eſt; qui hoc modo à ſub-
ditis exhibetur. Illi enim, quos ve-
neramur emolumenti noſtri cau-
ſa, perſuadentur ſe coli propter
merita. Igitur dum talem hono-
rem pro virtutis præmio habent,
non poſſunt alio inſuper modo
ad dignitatem ac divitias graſſari.

Habetis hic omnes L. Tarqui-
nii Superbi actiones, quas edidit
tempore ſui imperii, nempe ſpa-
cio viginti quinque annorum. Ab-
hinc regia poteſtas in multorum
imperium fuit commutata.

Erravit certe Brutus in conſtituenda Republ. quod nimium Ariſtocratiæ tribueret. Si jam ſub auſpiciis novæ Ariſtocratiæ aliquid libertatis populo fuiſſet conceſſum, illi propterea neceſſitas non impoſita fuiſſet omnia invadendi, nec illis periculis civitatem expoſuiſſet, quæ in Republica neutiquam ſunt metuenda, Reipublicæ autem taliter conſtitutæ ruinam vel extrema minitantur. Forte credidit Brutus, populum debuiſſe obſequium præſtare Majeſtati Senatus.

Reſpublicæ, quæ artibus ſuſtinentur, durare quidem poſſunt, dum ſubdolæ illæ artes uſurpantur, ſed brevi tantum tempore. Artes illæ neceſſario occultari debent. Non autem occultari poſſunt, ubi nimis ſæpe illas exercemus. Gallus gallinaceus, qui diu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

cantat præſente Leone, poſtquam cantu ſuo Leonem aliquoties terruit, tandem ab eo devoratur. Res, quæ tales debent videri, quæ revera tales non ſunt, ſine ulla mora expediendæ ſunt, ſi illarum felicem exitum velimus experiri. Qui in initio Rempublicam ex optima forma conſtituit, non conſtituit, quæ diutiſſime durat. Dum enim provehi illa magis non poteſt, & in melius augeri, nec perpetua in illo gradu perſiſtere, ſenſim de ſua forma nonnihil abſcedere neceſſum habet. Et dum ſemel labaſcere cœpit, in peſſimum denique præcipitatur. Rerum experientia edocemur, civitates ad optimam gubernaminis formam reductas non poſſe durare. Sæpe enim, dum naturæ maxime convenientem formam quærunt, violentiæ aliquid tribuunt, qua poſtea

corrum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

corrumpuntur. Fabrum lignarium ad rationem ligni attendere oportet, ex quo aliquid eſt fabricaturus. Ex ligno, quod non ſufficit ad exſtruendum coloſſum, ſtatuam fabricare oportet, quæ quam proxime ad magnitudinem coloſſi accedit.

Plurimæ civitates, quæ Tyrannos expulerunt, ſi in Tyrannidem denuo fuerint relapſæ, illud debent eidem errori, qui in conſtituenda Rep. fuit commiſſus. Maximum judicium in conſtituenda unicuique Reipubl. ſua forma requiritur, nec conſultum eſſe cogitemus, omni civitati popularem ſtatum competere. Civitati, ex qua Tyrannus ejectus eſt, ſubinde Rex eſt creandus, ne alius ibi denuo Tyrannus exiſtat.

Nullus tam ſapiens vel auctor atq; ſtator, vel legiſlator Reipubl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

eſt, qui in primis ſuis inſtitutis ac legibus non hallucinetur, & progreſſu temporis non eo deveniat, ut omnia ejus cæpta ac negocia omnino proſternantur. Illa regiminis forma maxime perennis eſt, quæ non corrumpitur, dum ejus errores vel propalantur, vel emendantur.

Palam eſt, urbem Romam, in qua populus jam tunc armatus erat, & in eo ſinguli verſabantur, ut novam Reipublicæ formam conſtituerent, maluiſſe ſtatum popularem, quam Optimatium; & cum major vis non eſſet, quæ populo obluctaretur, ultro ac ſponte in illam, quæ ſecuta fuit, Reipubl. formam abiiſſe. Summæ igitur felicitatis fuit, non in pejus ruiſſe Rempubl. cum introduceretur Ariſtocratia.

Dignum conſideratu eſt, quomodo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

modo rationes vel formæ ſtatuum ipſæ intendant materias ſui capaces, quomodo ſe ipſas in materias illas, quamprimum illæ fuerint inventæ, introducant. Non homines conſtituunt Reſpublicas ac Principatus, ſed ſua cujuſvis vel civitatis vel regionis indoles ac genius. Qui quamdiu ignoretur, nunquam regio acquieſcere poteſt, donec illam formam fuerit nacta, in quam natura ſua fertur. Reſpubl. inſtar ſyderum ſe habent. Quæ quamvis ignorent terminos ſuorum curſuum, moventur tamen inſtinctu ſuæ naturæ, nec acquieſcunt, donec ad locum, quem natura ipſis præfixit, pervenerint. Aqua in ſphæra ſua conſtituta non gravis eſt, non ponderoſa. Sic populus ea regiminis ratione, quæ ipſi maxime conveniens eſt, facillime gubernatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Niſi Tarquinius à Bruto fuiſſet ejectus, & regia poteſtas per aliquod adhuc tempus ſtetiſſet, Roma, meo judicio, nunquam ſeſe in libertatem vindicaſſet, non quod ſecundum quorundam ſententiam ſcelera Tarquinii in reliqua civitatis membra ſeſe diffuderant, (ſic enim Roma facta fuiſſet impar illi molimini & auſui) ſed quia finem tandem feciſſet exſtinguendi Senatores, quorum poſt abolitam excidiorum memoriam, adempta ſimul fuiſſet ſpes libertatis.

Puræ putæ monarchiæ, in quibus ſummum imperium penes unum ſolum eſt, obſequium penes omnes, perennes ſunt ac æternæ. Monarchiæ vero mixtæ cum Ariſtocratia, ubi nimirum Senatus partem auctoritatis tenet, ſæpiſſime in Optimatium ſtatum convertuntur.

Nunquam fere compertum eſt, Senatum Romanum Principes ſuos ejeciſſe. Perduellionis pauci tantum participes eſſe debent, iique maturato facto opus habent. Si multi conjuratorum, juſto longius conjuratio protrahitur. Nulla re magis Principi nocere poſſumus, quam ſi oculis ſubditorum & auribus libertatem exhibeamus. quam ubi viderint, concupiſcunt. Et ſæpe, dum ſunt ſub Principe Tyranno, unus vel alter inter ipſos eſt, qui audet reſtituere priſtinam libertatem.

Senatus non corruptus ad æqualitatem ſemper animum ſuum attendit, & dum hoc quammaxime curat, ut nullus ſibi prævaleat, ſe proſternit. Tyranno plurimum periculi imminet à Republica, quæ aſſurgit, ſed ſecurus eſt ab ambitione illorum,

 qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

qui Principatum contemnunt.

Senatus actiones ſive proficuæ Principi ſint, ſive damnoſæ, tamen non poteſt eum Princeps tolerare, ſed ſemper cogitat de eo evertendo. Quidam Principum volentes reliquerunt Senatoribus priſca ſua nomina & titulos dignitatis, ipſam dignitatem vero, & quicquid Senatorius ordo habet, ſuſtulere. Et hi quidem auxerunt ſuam autoritatem, ſed non propterea Principatum ſuum ſatis cõfirmarunt. Quidam alio modo Senatus auctoritatem intervertendam fuerunt aggreſſi, nimirum ſenioribus jam rebus humanis ereptis non ſubſtituere novos. Sed quia ille modus nimium temporis requirit & magis quam unius Principis ætatem, raro bene ſucceſſit. quippe vix Princeps ſuccedit, qui ejuſdem cum priore ſit virtutis. De

eo etiam modo Tarquinius noſter cogitabat, ſed ut ſuperaret diffi-cultatem ex temporis longinquitate natam, Senatores occidit. Hinc factum, ut molimina ejus non ex voto ſucceſſerint. Crudelitas diuturna diutiſſime in ore omnium verſatur. Et ubi Princeps ſævire ſemel cœpit, facilius vitæ ſuæ, quam crudelitati finem imponit. Non uſus illa crudelitate Princeps, dum ad paucos refert Senatoriam poteſtatem, Senatus auctoritatem corrumpit, & interim in ſe concitat conjurationem.

Exſtitit olim, qui ipſa prima hora, qua ſummæ rerum potiebatur, ſubmovit omnes magiſtratus, vitam ſecuram apud cives ſibi acquiſivit, externos hoſtes ſubegit. Suis non plus laboris imperabat, quam cui erant pares. Temeritas hæc, quia bene ſucceſſit, ab impiis ſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ptoribus eo nomine fuit laudata. Et exemplum iſtud adeo Principes nonnullos movit, ut non veriti fuerint id imitari. Ejuſcemodi exempla tradere non perſuaſum eſt, multo minus imitari. Qui tradit, parum inde laudis, qui imitatur, nihil utilitatis reportat.

Cleomenes eo ipſo ſibi damno non fuit, quod ſubmoverit magiſtratus. Non enim ſubmovit eos, ut tyrannidem liberius tutiuſque poſſet exercere, ſed ut ſtatum publicæ rei in melius converteret. Oſtendit enim, ſana ſua conſilia ab Ephoris tanquam à ſceleratis fuiſſe impedita, & quod eos ejecerit, juſtitiæ zelo magis, quam ſævitiæ eſſe imputandum. Nulla crudelitas tum adhibetur, ubi Princeps bonus pravos ſceleſtoſque morte afficiendos jubet; nec detrahit illud ejus integritati. Et ſi fuerit ali-

qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

qua crudelitas & carnificina, talis tamen non eſt, quæ devoveri meretur, ſed potius commendari. Prohiberi contra illa ſævitia debet, ubi malus Princeps in bonos ferrum ſtringit, quoniam ipſum ſcelera à crudelitate nõ retrahunt, ſed inſtigant. Nunquam talem deficit cupiditas vindictæ, quia illam exercuit cum voluptate. Voluptas illi ſemper occaſionem vindicandi præbet, quia crudelitatem cum aliqua jucunditate conjunxit. Et quemadmodum exiguæ præſentes occaſiones parum prodeſſe poſſunt, niſi res magnæ eas præceſſerint: ita præterita facta ſe non exerunt, ubi deſunt præſentes occaſiones.

Tarquinius præter Senatum etiam populum in ſe irritabat, quum eum ad ſordidos labores cogeret; ut crediderim, illud plurimum ad

ipſius

ipſius interitum contuliſſe. Princeps, qui populum faventem ſibi fecit, ab inſidiis ſibi tantũ cavere neceſſum habet; à turbis & motibus populi non eſt, ut ſibi metuat. Tum occidi quidem, liceat ita hic mihi loqui, non expelli poteſt. Scio tamen, populum, quamvis Principi dicatiſſimum poſſe aliquando ad repentinam iram incitari, vel perſuaderi à ſtrenuo aliquo & forti viro. Caveat ſibi tuto Princeps à motibus. Motus irreconciliabile odium parit; odium autem vel ſubitam iram & indignationem, vel facundiam, quæ plurimum poteſt nocere. Et motibus non niſi ſingulari prudentia Princeps mederi poteſt. Illo rerum ſtatu populus nil niſi ex tempore agit. Qui populum faventem habuit & obſequentem, ad turbas excitandas, poſtea metuere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

illum debet. Nunquam enim tanta promptitudine ad audendum factum properat, quam ad facti pœnitentiam. Et ſæpe contra illum populus inſurgit, qui ipſe auctor illius ſeditionis fuit; quia vel vult vindicare injuriam Principi illatam, vel propriam ignominiam abolere. Aquæ, quæ contra naturam ſuam igni caleſiunt, quamprimum ab igni fuerint amotæ, ad priſtinam ſuam naturam redeunt. Sic populus, qui facundo ſermone ad motus exqitandos fuit perſuaſus, quamprimũ deſinit illa facundia, acquieſcit, & ignominioſum ſibi credit, contra illum inſurrexiſſe, à quo tot beneficia accepit.

Qui de tantis rebus ſcripſerunt, atq; in iis deſcribendis induſtriam ſuam inprimis exercuerunt, laudant, ſi Tyrannus ad promovendum ſuam Tyrannidem occupet

populum in ædificando, cum tamen Tarquinio potiſſimum exitio fuerit id feciſſe. Non autem tam exitioſum Tarquinio forte fuit, quod populum voluerit in ſordidis magis, quam aliis honeſtis rebus & magnificis occupari, quam enormis illa & maxime diverſa laborum differentia; nimirum, populum pernicioſo otio exhaurire, & poſt ad utile negocium impellere; eum malis belli enervare, mox damnare ad foſſas & cloacas. Plebem nihil magis patientẽ belli laborum facit, quam quies, quam domi ſuæ exſpectet. Nec ulla res majorem illorum animis ardorem ad ſtrenue cũ hoſtibus poſtea confligendũ ingenerat, quam ſpes gloriæ apud ſuos inveniendæ. Et profecto durum admodũ eſt & acerbum, ſi quies, quæ poſt bellũ concedi debebat, plus moleſtiæ, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ipſum bellum afferat, ſi expectata gloria in ignominiam cōvertatur.

Exempla, quorum ſcriptor ille meminit, deſumpta ſunt ab hominibus barbaris, mancipiis ſuorum dominorum; qui omne ſuum decus, omnem gloriam in luxu & ingluvie ponunt: aut Tyrannis, qui poſtquam uſi ſunt ea libertate, cujus magna pars ad populum ſpectabat, populi quietem potius, quam odium Optimatium metuere debebant. Romani contra manſueti erāt & exculti, ſubditi erant, non mancipia, erant perpetui bellatores atque victores, amantes quietis, ex qua tamen gloria non caperet detrimentum. Tarquinius non uſurpaverat libertatem, quæ populi erat; quemadmodū nullus unquam Tyrannus niſi ex primoribus natus fuit in Rep. Romana.

Superbia ſimul ad interitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Tarquinii multum fecit. Exiſtimāt Principes, ſe ſuperbia omnem contemtum avertere poſſe & evitare, & interim in odium incurrunt. Putant ſe per eam curare, quæ faciunt ad ſplendorem & Majeſtatem, & interim exoſos ſeſe reddūt. Majeſtas in humanitate, non in ſuperbia conſiſtit. Hoc ipſos docere poteſt, qui in oriente ſibi aſſumſit radios Iovis Ammonis. quaſi duo illa & Majeſtas & Superbia à ſe invicem non poſſint divelli.

Verum ſuperbire vitium proprium eſt ac domeſticum magnatibus. Nec minor cauſa eſt, cur credamus Principem angelorum Luciferum ob ſuperbiam lapſum fuiſſe, quam eum angelorum fuiſſe ſupremum. Aſtrologi, (quorum tota ſcientia vanitas eſt,) nihilominus ſuperbiam cum magnitudine conjunxere; dum dicunt Solem,

lem, reſpectu dignitatis, Principatuum eſſe datorem, quoad mores, originem ſuperbiæ atque fontem.

Sed quid diutius immorabor in recenſendis illius vitiis, cujus vita merum vitium fuit, & conſummatum ſcelus? Neſcit ille conſervare Tyrannidē, qui bonitate ſua & æquitate ad Monarchiam nonnihil accedit, cujuſque prudentia à Monarchia non magis abhorret. Audax Tarquinius magis fuit & ferox, quàm politicus, cholericus magis & impotens, quam verſutus. Ipſe male vixit; eduxit filios ſe pejores. Et cum ipſe nefarius Rex eſſet, nullam ſpem præbuit boni probatique ſucceſſoris.

Non negaverim equidem, ſtrenuum eum fuiſſe belli ducem; ſed cui profuit illa fortitudo? Quippe ubi prævidet Tyrannus, bellum ſibi fore exitioſum, id vel aliis de-

mandat; hinc periculum recidit in illum, cui ſumma belli fuit commiſſa: vel ſi ipſe male pugnaverit, in eos culpa redundabit, qui domi manſere. Qui Tyrannum bellatorem laudat, indicat vim ipſius, quam habuit, aut, ad minimum, quod bellum non geſſerit ſolum civium ſuorum armis, ſed ſimul armis extraneorum, ut iis nimirum coërceret ſuos milites, & ſedaret urbem factioſam.

Non aliter hic finem ſermonum meorum facere poſſum, quam commemorando lectoribus, magnas nos gratias Deo optimo maximo debere, quod in ea nos tempora reſervaverit, quæ feracia ſunt Principum bonorum, quibus liber eſt & immunis ab omnibus Tyrannis orbis Chriſtianus. Caput Eccleſiæ Chriſtianæ ſapientiſſimum, ſanctiſſimum, optimum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ſuper omnia non minus ac inter populum Iſraëliticum ſerpens illa æenea exſtans, potens eſt à morſibus viperarum illarum, & draconum, Tyrannorum, ſartos nos atque tectos conſervare. Et quoniam Deus noſter Tyrannos alias in pœnam generi humano immittit, terrarum autem orbem non à Tyrannis, ſed optimis Principibus hoc ævo adminiſtrari videmus, firmiter credo, mundum jam temporis non deteriorem eſſe, quam qui ante noſtra ſecula fuit. Et ſi qui ſint homines ſcelerati, qui juſtitiam divinam provocant, eſſe nihilominus bonos, qui Dei miſericordiam exorare poſſunt. quam miſericordiam atq; bonitatem hic ſupplex imploro, uti illa & in præſens, & in inſtante vitæ noſtræ fine potenter nobis adeſſe dignetur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

DE L. TARQVINIO SVPERBO ultimo Romanorum Rege.

EX L. FLORO.

POſtremus omnium fuit regum Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum. Hic regnum avitum, quod à Servio tenebatur, rapere maluit, quam exſpectare: immiſſiſque in eum percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem non melius egit, quam acquiſierat. Nec abhorrebat moribus uxor Tullia, quæ ut virum regem ſalutaret, ſuper cruentum patrem, vecta carpento, conſternatos equos agit. Sed ipſe in Senatum cædibus, in omnes ſuperbia, quæ crudelitate gravior eſt bonis, graſſatur. quum ſævitiam jam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes converſus eſt. Sic valida oppida in Latio capta ſunt. Ardea, Ocriculum, Gabii, Sueſſa Pometia.

tia. Tum quoque cruentus in ſuos. Neque enim filium verberare dubitavit. ut ſimulanti transfugam, apud hoſtes hinc fides eſſet. Cui Gabiis, ut voluerat, recepto, atque per nuncios conſulenti quid fieri vellet, eminentia papaverum capita virgula decußit, quum per hoc interficiendos eſſe Principes intelligi vellet. Quæ Superbia ſic reſpondit? Tamen de manubiis captarum urbium templum erexit; quod cum inauguraretur, cedentibus cæteris Deis (mira res dictu) reſtitere Iuventus, & Terminus. Placuit vatibus contumacia numinum. Siquidem firma omnia & æterna pollicebantur. Sed illud horrendum, quod molientibus ædem, in fundamentis humanum repertum eſt caput. Nec dubitavere cuncti, monſtrum pulcherrimum, imperii ſedem, caputque terrarum promittere. Tamdiu Superbiam regis populus Rom. perpeſſus eſt, donec aberat libido; hanc ex liberis ejus importunitatem tolerare

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

non potuit. Quorum quum alter ornatiſſimæ fœminæ Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, matrona dedecus ferro expiavit. Imperium tum Regibus abrogatum.

FAMILIA

TARQVINIA.

E

Syntagmate Heroico.

D*Emaratus, patria Corinthius, gente Bacchiada, è nobiliſs. Heraclidarum proſapia, tractavit rem nauticam, & ex negociationibus cum Hetruſcis opes ingentes collegit. Ideo cum Cypſeli tyrannide Corintho opreſſa, fortunis metueret, ſponte patriam deſerit, & Tarquiniis in Hetruria conſidet. Vbi uxore genere, & divitiis clara ducta, filios duos generat: quos cum ambos educaſſet liberaliter, alterum morte abreptum ita luget, ut & inde ipſe extinctus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

ctus ſit. Cicero Tuſcul. lib. v. Livius, Halicarnaſſeus, Strabo. Hetruſcos ab Demarato litteras didiciſſe auctor eſt Tacitus, lib. II.

Fuere autem Demarato filii Aruns, & Lucumo.

Aruns, educatus ſedula patris cura, & ubi adolevit, uxore honoratus, ea imprægnata, diem ſuum obit. Halicarnaſſeus, Livius.

Lucumo, alio nomine L. Tarquinius Priſcus, V. Rex Rom. ſtudiorum fratris conſors, hoc vita defuncto, bonorum à patre hæres ex aſſe inſtituitur. Qua felicitate inflatus, ad Rempub. animum adjicit, ac propter originem peregrinam neglectus, Romam facultatum ſedem deligit, dumque eo tendit, augurio de fortuna ampliſſima animatur, nec multo poſt conſequitur hanc feliciter. Nam cum civibus opum & comitatis fama ſe commendaſſet, Anco Martio munificentia innoteſcit, & in bellis ei opem, &

operam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

operam fidelem præſtat. Quare eam ſibi benevolentiam hujus comparat, ut in Patricios & Senatum lectus etiam liberorum ipſius tutelam acceperit. Quod munus dum ſuo tantum commodo metitur, regnum pupillis debitum, ſibi & petit, & impetrat, tenetque ann. XXXVII. *ſeu ut alii* XXXVIII. *Belligeravit cum Latinis, Sabinis, & Hetruſcis, & re ubique proſpere geſta, ſplendidos deinde triumphos egit. Senatum patribus centum auxit, ut jam inde hic ordo trecentorum cœperit, ſuntque poſtremi illi Minorum gentium appellati. Ad hæc Circo locum deſignavit: ludos exhibuit: ubi murum & cloacas addidit: aream ad templum Capitolinum, quod bello Sabino voviſſet, fundamentis occupavit. Interficitur per inſidias, quas Anci Martii filii in eum comparaſſent. Halicarnaſſeus, Strabo, Euſebius, Suidas, Cedrenus, Zonaras, Livius, Meſſala, Valerius, Plinius de viris Illuſtr. Solinus, Sex.*

Rufus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Rufus, Auguſtinus, Oroſius, Caſsiodorus, Iornandes. Meminit Plin. *lib.* XXXIII. *cap.* III. *è Verrio, tunicâ aureâ eum triumphaſſe.* De *libris Sybillinis venum Tarquinio oblatis, & quomodo illi poſt aboliti, & rurſus in Aſia inſtaurati ſint, hiſtoriam habent* Halicarnaſſeus *lib.* III. Gellius *lib.* I. *cap.* XIX. *Ortum ejus variante ſententia* Plinius *expoſuit de viris Illuſtr.* Item Capitolium *à* Toli *Vulcentani ſepulcro indigitatum, Arnobius auctor eſt lib.* VI.

Arunti naſcitur filius poſthumus, A-runs Tarquinius.

Aruns Tarquinius, *cognomentum* E-*gerii tulit, quod avi teſtamento præteritus, nec patrimonium, nec avitorum bonorum hæreditatem conſecutus eſſet.* L. *Tarquinium Priſcum* Romam *ſecutus, eo ad regnum evecto, bello* Latino *nomen dat, &* Collatia *deditione capta, huic cum præſidio* Dominus *imponitur, indeq; poſteris nomen relinquit. Iterum eidem*

contra Hetruſcos militat, & ſocialis exercitus præfecturam obtinet. Halicarnaſſeus, Livius.

Collatinus, præteritus prorſus à Livio, aſtruitur inde Lucii Tarquinii Collatini genitor, contra Fabium Pictorem ab Halicarnaſſeo, quod filius, Tarquinii Superbi filiis æqualis fuerit. Ideo & nos nomen ejus retinuimus. Memorant autem Halicarnaſſeus, & Plutarchus in liberis ejus præter L. Tarquinium Collatinum etiam filias Tarquinias duas.

L. Tarquinius Collatinus, comitatur Tarquinium Superbum ad bellum in Rutulis, & Ardeæ urbis obſidionem forti opera adjuvat. Quæ dum protrahitur longius, & ex convivii certamine, adoleſcentibus regiis uxorem ſuam Lucretiam prædicat impenſius, nec multo poſt reipſa talem invenit, in amorem ejus Sex Tarquinium imprudens pellicit, & ipſam ob ſtuprum vi illatum, voluntaria morte amittit. Id ſcelus vindicaturus, cum Bru-

to in regem conſpirat, & comitiis centuriatis cum eodem Conſul fit. Quo in honore etſi nullum boni civis omitteret officium: tamen cum collegæ ob nepotes è ſororibus adverſaretur pertinacius, ob hoc in odium adducitur, & jam nomen quoque ei crimini datur. Itaque cum è ſoceri interceſſione magiſtratu ſe abdicaſſet, Lavinium in exilium migrat. Plutarchus, Conſtantinus Manaſſ. Zonaras, Livius, Plinius de viris Illuſtr. Florus, Auguſtinus, Iornandes. Variat de hiſtoria ejus modice Halicarnaſſeus, nec plane Livius convenit. Poſteritas ejus nulla celebratur. Et L. Tarquinius, quem L. Quintius Cincinnatus M. Equitum dixit, à M. & P. Tarquiniis, quos retulit Halicarnaſſeus lib. V. ortus videtur. Nam Tarquinii Superbi ſtirpem in prælio cum Latino & Octavio Manilio deletam Halicarnaſſeus ſcripſit.

Tarquinia Major, fuit in matrimonio Aquilii: è quo procreati L. & M. filii,

lii, proditionis à Bruti filiis inſtitutæ conſortes fiunt, eodemque cum illis ſupplicio afficiuntur. Halicarnaſſeus, Livius.

Tarquinia Minor, *nupſit Vitellio, ex eoque matrimonio Vitellios fratres, qui cum Bruti filiis & Aquiliis conſpirarunt, & pœnam eandem luerunt, enititur.* Plutarchus.

Lucio Tarquinio Priſco *conjux fuit* Tanaquil Hetruſca, *Plinio & Sex.* Pompejo *lib.* VII. *Caja Cæcilia: quæ liberos edidit, Tarquinium & duas Tarquinias. Nam cum* Halicarnaſſeo *&* Conſtantino *Manaſſe ſententiam tuemur, à qua Strabo, Zonaras, Livius & Hiſtor. Miſcell. ita diſſentiunt, ut* Tarquinium *Superbum & Aruntem* Priſci *filios faciant: cum* Plutarchus, *filiuſne an nepos* Tarquinii Priſci *Superbus fuerit, in medio relinquat. Extat eadem de re adverſus Livium diſputatio* Laurentii *Vallæ ad Alfonſum Regem. Cæterum de Caja*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Cæcilia notetur obiter, mulieres boni ominis cauſa inde Caias dictas, ut earundem libertos Caiæ libertos, hoc modo: C.Cæcilius Ɔ L.Eros. Nam nomen Caia C. inverſo ſcriptum, docet Quintilianus lib. I. *cap.* XII. *Pertinet eodem proverbium: Vbi tu Caius, ibi ego Caia.*

Tarquinius adoleſcens annorum XIV. *fortitudinis & induſtriæ in bellis patris ſpecimen egregium edit. Ideo & pro concione oratione ejus laudatur, & bulla aurea atque prætexta donatur. Moritur florente ætate ante patrem. Halicarnaſſeus lib.* IV. *Plinius lib.* XXXIII. *cap.* I. *Macrobius lib.* I. *Saturnal. E quibus Plinius & hoc addidit, morem inde bullæ duraſſe, ut eorum qui equo meruiſſent, filii inſigne id haberent, cæteri lorum. Cum Plinius Iunior de viris Illuſtr. ut Tarquinii hujus tantum annos* XIII. *nominat, ita non ſolum bullam, verum etiam prætextam puerorum ingenuorum inde cœpiſſe inſignia, dicat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Tarquinia Major, collocatur Sext. Tullio regi: è quo filiarum duarum mater facta, neutram fortuna digna conſpicit, altera immatura morte rapta; altera inceſto, & parricidio mariti, & patris ſe polluere auſa. Cumq; regem noctu extuliſſet, & cum multis lamentis diriſq; in generum ac filiam imprecationibus ſepeliiſſet, non amplius quam diem unam in vita manet, ſeu voluntaria morte defuncta, ſeu à genero ac filia interfecta. Halicarnaſſeus.

Tarquinia Major conjugatur M. Iunio, è quo M. Brutum, qui Tarquinios expulit, & regnum Romæ abrogavit, enixa eſt. Halicarnaſſeus.

Tarquinii liberi ab Halicarnaſſeo & *Livio, expreßis ſimul nominibus, indicantur, L. Tarquinius Superbus, & Aruns Tarquinius.*

L. *Tarquinius Superbus* Rex Rom. VII *commendatur infans Servii Tullii tutelæ, ab eoq; in ſpem regni educatus, & filiæ*

con-

conjugio honoratus, eam refert gratiam indigniſſimam ut regno & vitæ illius inſidiatus ſit, hocque adeo inſtitutum cum uxore communicarit. Quam cum à tanto ſcelere abhorrere intellexiſſet, fratris uxorem conſiliorum participem adſciſcit, & matrimonium cum hac ita pactus, ut conjuges ſinguli necarent, mox eam impudenter ducit, & ſimul cœtus agit factioſos, ſimul regnum petere palam occipit. Hujus facinoris eum poſtulante primum privatim, deinde in Senatu publice Servio, cum ſtudia hujus alieniora experiretur, cauſam tum ita deſerit, ut aliquanto poſt urſerit vehementius. Nam obſervato eo tempore, quo plebs in opere ruri abeſſet, cum regiis inſignibus & armatis in forum deſcendit: Senatum per præcones convocat: ab uxore Rex audit, & Servium id prohibiturum, & cum objurgatione vim intentaturum, validior ipſe primum per gradus præcipitat, deinde domum repetentem

per immiſſos ſicarios perimit, & regnum violentia iſta retinet. Cui metuens, armatis ſe circumſepit: Servii ſtudioſos variis cædibus tollit, & omnino non regem, ſed tyrannum agit. Nam Senatu neglecto, quem mirifice exhauſtum ne quidem ſupplere dignaretur, de publicis negotiis cum domeſticis decernit: abrogat leges Servii, renovat tributorum æqualitatem, & plebem perpetuis operis vexat. Nec tamen ſic etiam tutum ſatis ſe fore ratus, cum Latinis & Octavio Mamilio, gentis principe, affinitatem & fœdus jungit: Turnum Herdonium, in ipſius faſtum & ſcelera invehentem liberius, occulte vita expellit. Poſt in bellorum ſtudium incumbit, & capta è Volſcis Pometia, pecuniam è manubiis collectam Capitolio ædificando deſtinat. Addidit mox in Gabios expeditionem: quæ cum minus ſuccederet, Sexti filii proditione eam in poteſtatem redigit. Atque inde rurſus ad urbana negotia converſus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

TYPOGRAPHVS LECTORI.

AVctor in ſua dedicatione, quam volentes & de induſtria hic prætermiſimus, quid ipſum ad hunc librum ſcribendum impulerit, abunde dixit. Crediderim tamen, hanc rationem fuiſſe, quod Tarquinii potius, quam aliorum regum, vitas ſcripſerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

quia ultimum regiæ poteſtatis ſtatum maluit exhibere. Cum Romulum typis excudendum curaret, promiſit ſe adhuc reliquorum regum vitas editurum, & forte de illis edendis adhuc cogitat. Proinde Tarquinii vitam à Principio non recenſet. alias enim vitam Servii interrumperet. nec ad finem eam perducit, ne incidat in tempora ſtatus popularis. Totam tamen ejus vitam auctorem deſcripſiſſe credendum eſt, quia Tyranni non

vive-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

vivere ſe credunt, niſi imperent; quia vita ipſis ſolum regnum videtur. Amice Lector, caſus hic quia tragicus, in te commiſerationem potius, quam calumniam excitabit. Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Illuſtri & Generoſo

IOHANNI KRVVSS
IESPERI F.

cum Virgilii Malvezzi Principem Latine daret.

ROmulus æternæ dedit incunabula genti,
Tarquinius regni meta moduſq; fuit.
Cruſius hunc, atque hunc Romano reddidit orbi,
Supremus patriæ nobilitatis apex.
Quid ſupereſt? Faſces. quos ſi ſubjungat utrique,
Reddita libertas vitaque, Roma, tibi eſt.

DANIEL HEINSIVS.

Gene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Generoſiſſimo Iuveni

IOHANNI KRVVSS IESPERI F.

Principi ROMVLO TARQVINIVM Tyrannum feliciter ſubjungenti.

CVm ſine Tarquinio potuiſſes vivere, Roma;
Noſtraque Tarquinio vita carere tuo:
Malvezzo viſum tamen hunc vulgare Tyrannum,
Edentem rauco barbara verba ſono:
Croeſiadæ placuit Romanam affingere linguam:
Inq; ſua jam Rex veſte SVPERBVS *adeſt.*
Pace tua liceat mihi quærere, ſplendide Croeſi,
An tu Tarquinium nomen amare potes?
Et Tulli manes, pollutaq; ſanguine ſceptra?
Injuſti pietas an ferat arma viri,
Ingeniumque tuum? vel blanda modeſtia frontis?
Non ita: nec ſanctus Romulus iſta probet.
Diſſimiles igitur ſcena ſpectantur eadem.
Sic quem tu fugias; quemque ſequaris, erit.

Scribebam extempore Lugd. Bat.

P. SCRIVERIVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Illuſtri & Magnifico
Domino,

IOHANNI KRVVSS
IESP. F.

Tarquinium ſive Tyrannum Malvezzi Latinitate donatum edenti.

KRuſi, voluptas gentis & decus tuæ,
Noſtriq; amores; diva cui Pallas dedit
Haud ſegne pectus, pectus imbutũ bono,
Ardoris ingens, laude quod digniſſimis
Illuſtre curis. Vendicant quales ſibi
Nunc Romulus, nunc TarquinI infandum ſcelus.
Sic innocenti Principi jungis malum.
Bonus placebat nuper, & placet malus.
Placet Tyrannus, aſper, indomabilis,
Inviſus orbi, publicæ peſtis rei,
Vt mors ſuorum, pœna ſic tandem ſibi,
Placet legenti, qui ferenti diſplicet.

MARCVS ZVERIVS
BOXHORNIVS.

OVI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

OVIDIVS LIB. II.
FASTORVM.

VLtima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir injuſtus, fortis ad arma tamen.
Ceperat hic alius, alius everterat urbes,
Et Gabios turpi fecerat arte ſuas.
Namque trium minimus proles manifeſta Superbi,
In medios hoſtes nocte ſilente venit.
Nudarunt gladios: occidite, dixit, inermem;
Hoc cupiunt fratres, Tarquiniuſq; pater,
Qui mea crudeli laceravit verbere terga.
Dicere ut hoc poſſet, verbera paſſus erat.
Luna fuit, ſpectant juvenem, gladioſque recondunt,
Tergaque deducta veſte notata vident.
Flent quoque, & ut ſecum tueatur bella precantur:
Callidus ignaris annuit ille viris.
Iamque potens, miſſo genitorem appellat amico,
Perdendi Gabios quod ſibi monſtret iter.
Hortus odoratis ſuberat cultiſſimus herbis,
Septus humum rivo lene ſonantis aquæ.

Illic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

Illic Tarquinius mandata latentia nati
Accipit, & virga lilia ſumma metit.
Nuntius ut rediit, decuſſaque lilia dixit,
Filius, agnoſco juſſa parentis, ait.
Nec mora principibus cæſis ex urbe Gabina,
Traduntur ducibus mœnia nuda ſuis.
Ecce, nefas viſu, mediis altaribus anguis
Exit, & extinctis ignibus exta rapit.
Conſulitur Phœbus, ſors eſt ita reddita: matri
Qui dederit primus oſcula, victor erit.
Oſcula quiſque ſuæ matri properata tulerunt,
Non intellecto credula turba Deo.
Brutus erat ſtulti ſapiens imitator, ut eſſet
Tutus ab inſidiis dire Superbe tuis.
Ille tacens pronus matri dedit oſcula terræ;
Creditus offenſo eſt procubuiſſe pede.

verſus, Capitolium extruit: Signiam & Circeios colonias mittit: & territus oſtento domeſtico, oraculum Delphicum de eo conſulit. Tertium bellum ſuſcepit in Rutulos, & gentis caput Ardeam obſidione infeſtat. Vbi cum moram diuturniorem traheret, & interea per vim ſtupraſſet Lucretiam Sextus filius, Bruto auctore exilium ei indicitur, & dum motus hujus ſedandi cauſa Romam contendit, ab exercitu quoque deſeritur. Quare Cære ſe confert, & cum bona ſua per Legatos repetens proditione Patriciorum reditum moliretur, neque illa impetrat, & his ſupplicium accerſit. Vnde jam plane exacerbatus, Vejentes & Tarquinienſes ad bellum inflammat, & Porſenam ad obſidionem Romæ adducit. Qua Mutii Scævolæ artibus ſoluta, cum neque per legatos illius quicquam impetraſſet, poſtremo Octavium Mamilium & Latinos Romanis immittit. Cum his cum prælio atroci depugnatum eſſet, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

eoque Mamilius cecidiſſet, rebus deſperatis, Cumas ad Ariſtodemum Tyrannum confugit, ibique, non Tuſculi, ut habet Auguſtinus, quod vitæ reliquum fuit, agit. Moritur autem anno exilii decimo quarto, cum Romæ regnaſſet an. XXV, *ſeu, ut alii,* XXXV, *vixiſſet ultra* LXXX, *& valetudine ſemper firmiſſima uſus eſſet. Halicarnaſſeus, Plutarchus, Lucianus, Euſebius, Suidas, Cedrenus, Conſtantinus Manaſſ. Zonaras, Cicero, Livius, Meſſala, Ovidius, Plinius de Viris Illuſtr. Florus, Solinus, Sex. Rufus, Auguſtinus, Oroſius, Servius, Caſſiodorus, Iornandes. Legimus in Hiſtor. Miſcell. à Tarquinio Superbo primum excogitata vincula, taureas, fuſtes, laminas, compedes, catenas, exilia, metalla, carceres; apud Theophilum Antioch. eundem Regem primum quoſdam Romanos relegaſſe, pueros corrupiſſe, ſpadones Romani ſoli incolas feciſſe, virgines quas vitiarat, aliis maritaſſe.*

Aruns

Aruns accipit à Ser. Tullio filiam ejus conjugem, cum qua cum ideo ipſi minus conveniret, quod cupiditatibus ejus tyrannicis obſequi nollet, infeſtiſsimam eam experitur, & tandem ſcelere illius vitam amittit. Halicarnaſſeus, Livius.

Fuere in *fratrum horum, ut dixi, matrimonio ſorores duæ* Tulliæ: *& altera quæ cum Arunte fuerat, hoc necato,* Tarquinio *nubit. Ex utra autem procreati huic liberi ſint, quos* Halicarnaſſeus *&* Livius *nominarunt, incertum eſt: cum quidem & è majore* Tullia *illum ſobolem ſuſcepiſſe,* Halicarnaſſeus *ſcripſerit. Ac memorantur* Tarquinii *liberi hac ſerie à* Livio: T. *Tarquinius, Aruns, Sextus &* Tarquinia. *Quæ eadem ſeries & à* Polyæno, *&* Ovidio, *&* Servio *obſervata, ita ab* Halicarnaſſeo *negligitur, ut Sextum natu maximum faciat.*

T. *Tarquinius mittitur ad oraculum* Delphicum *cum comitibus, Arunte fratre*

fratre & Bruto, ſciſcitatum de domeſtico anguis oſtento: ac dum eadem occaſione, de patris ſucceſſore cum fratre quærit, ei fortunam hanc obventuram cognoſcit, qui primus matrem deoſcularetur: cum notaretur ſcilicet non genitrix, ſed terra, mortalium omnium mater. A reditu coloniam Signiam deducendam accipit. Ad extremum ob Sexti ſcelus exulare cum patre juſſus, bello Hetruſco, & iterum Latino fortem operam Octavio Mamilio navat. Itaque à M. Valerio petitus ſauciatuſque infeſtius, in inſidias hunc pertractum, trucidandum ſuis objicit. Halicarnaſſeus, Livius, Zonaras.

Aruns adjungitur fratri Tito comes itineris ad Oraculum Delphicum. inde Coloniam Circeios deducit. Ejectus cum patre, cum impetratis à Tarquinienſibus & Vejentibus copiis in Romanum agrum invaſiſſet, contrario apparatu à Bruto excipitur. In quem obvium acerbe inve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

invectus, mox eadem iracundia in eum tendit: neq; illo duellum defugiente, mutuis ambo vulneribus cadunt. Halicarnaſſeus, Plutarchus, Zonaras, Livius, Plinius de viris Illuſtr. Florus, Oroſius, Iornandes.

Sextus, componit cum patre Gabiorum proditionem, & cum vulnera ſibiipſi inflixiſſet, crudelitatis hujus auctorem illum ſimulat, & Gabios ſe ex compoſito deportat. Ibi exceptus benigne, belli contra patrem urgendi hortator fit: prælia aliquot leviora facit ſecunda: plebem liberalitate ſibi devincit, & id tam ſummorum quam infimorum ſibi ſtudium comparat, ut in Repub. poſſet omnia. Itaque inſtitutum jam executurus, patrem quid facto opus ſit conſulit: à quo tollendos principes decuſſione capitum papaveris admonitus, in id mox ita incumbit, ut ab Antiſtio Petrone initio facto, ad cæteros pergeret, & civitatem ſine certamine patri traderet. Bello

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 6 [1]

in Rutulis Ardeæ oppugnationem adjuvat. Quo tempore cum ex convivii certamine Collatiam cum Collatino profectus, in Lucretiam deperiſſet, aliquanto poſt clam iſtuc redit: & tractatus hoſpitaliter, per vim Lucretiæ ſtuprum infert. Id cum ita à Bruto vindicatum eſſet, ut toti regiæ familiæ exilium indictum ſit, Gabios tanquam in vetus regnum ſuum proficiſcitur. Vbi dum minus ſibi ab aliis cavet, quos cædibus & rapinis antea in ſe concitarat, inſidiis horum perimitur. Polyænus, Euſebius, Zonaras, Livius, Ovidius, Valerius, Plinius de viris Illuſtr. Frontinus, Florus, Auguſtinus. Diſſentit de hiſtoria ejus Halicarnaſſeus, diſſentit Servius, qui Lucretiæ ſtupratæ ſcelus ad Aruntem auctorem retulit. Tyrannicam patris ſubjectionem his verbis Neroni tribuere Seneca videtur in Octavia, Act. II.

Quidquid excelſum eſt cadat.

Tar-

Tarquinia collocatur à patre Octavio Mamilio, & exuli illi hoſpitium atque auxilia impetrat. Halicarnaſſeus, Livius.

FINIS.